5. 6. 18

INSTITVT.

LINGVAE GR

IN VSV.

SCHOLARVM PIARVM.



FLORENTIAE ANNO MDCCLIX.
EX TYPOGRAPHIO IMPERIALI.

SVPERIORVM PERMISSV.

REVERENDISSIMO PATRI

EDVARDO CORSINO

CL. REG. SCHOLARVM PIARVM

PRAEPOSITO GENERALI

CAROLVS ANTONIOLI

EIVSDEM ORDINIS

FELICITATEM.

QVod breves haſce Graecae Linguae Inſtitutiones Tibi, Reverendiſſime Pater, inſcribere, atque offerre nunc audeam mirabuntur facile quicumque munuſculi huius tenuitatem inſpexerint. Mirari

tamen procul dubio desinent, ubi intellexerint Opusculum hoc non consilio solum, sed iussu plane tuo a me conscriptum, editumque plures ob causas gravissimi tui officio tuo subiiciendum, tuoque patrocinio a me necessario esse commendandum. Quum enim Adolescentes illos, qui ad omne Graecae, Latinaeque Eruditionis genus Tibi erant informandi, in Graeca Lingua erudire iussus fuissem; monuisti me saepe, ut brevem Linguae ipsius Grammaticen paullo accuratius, ac diligentius dispositam, & nostrae docendi methodo accomodatam conscriberem, quam Tu non exiguo Adolescentibus ipsis adiumento futuram censebas. Postquam vero supremus Ordinis nostri Moderator incredibili omnium consensione, summoque omnium plausu renunciatus fuisti, quum in graviorum, nobiliorumque Disciplinarum Studiis promovendis totus esses, quod ante monueras, id ut omnino praestarem imperasti: ratus nimirum aliquid fortasse effici a me posse, quod

non

non mihi ſolum, ſed aliis quoque Ordinis noſtri Alumnis in hac praeſertim Etruriae Provincia ad pueros commodius erudiendos uſui futurum elicet. Hanc enim Tibi ſpem fecerant non ingenii ſane mei vires, quae quam tenues, & exiguae ſint, Tute omnium optime noveras, verum diuturna, & aſſidua illa diſciplina, qua me a primis uſque ineuntis aetatis meae annis amantiſſime docuiſti, Bibliotheca haec Tua plurimis optimiſque Libris referta, cuius mihi uſum Tecum communem eſſe voluiſti; varia demum ſubſidia illa, quae ad has ipſas Inſtitutiones adornandas, edendaſque mihi contuliſti. His ego praeſidiis ſi uti recte noviſſem, talem fortaſſe Graecam Grammaticen ex Piſana Academia offerre Tibi potuiſſem, qualem Latinae Linguae Grammaticen a P. Io. Franciſco Apa Cler. Reg. Scholarum Piarum egregie conſcriptam Extricatorum Academia in Florentino Collegio noſtro inſtituta B. Ioſepho Calaſanctio Sanctiſſimo Ordinis noſtri Inſtitutori ſuperiori ſae-

cio consecravit. Id mihi tamen de me ipso non solum polliceri, sed ne sperare quidem umquam licuit. Quid ergo praestiterim, tuum erit iudicare, Pater Reverendissime, qui, siquid minus infeliciter scriptum conspexeris, illud veluti Tuum iure optimo repetere poteris; siquid autem erratum animadverteris, eximia qua es benignitate, opportunam mihi dabis veniam, atque ignoscis si quantum obsequii, promptaeque ad parendum voluntatis, tantum eruditionis ac sapientiae afferre non potui. Vale, [illegible] Reverendissime ad Ordinis nostri, [illegible] ad Litterarum felicitatem, & me immotis Tibi nominibus obstrictum qua [illegible] benevolentia, & favore [illegible].

Datum Pisis Kalendis Novembribus.
Anno 1759.

PRAE-

PRAEFATIO
AD LECTOREM.

DVm *in tanta Litterarum luce, tantoque Graecarum Grammaticarum numero has quoque Graecae Linguae Inſtitutiones a me conſcriptas vides, ne arbitreris quaeſo, Lector Benevole, hoc ea de cauſſa factum, quod aut nova praecepta, aut novam plane tradendorum praeceptorum methodum, aut aliquem demum Grammaticarum rerum theſaurum aliis omnibus uberiorem, plenioremque inventum a me fuiſſe exiſtimem. Numquam ego honorifice adeo de me ſenſi ut id praeſtari, aut etiam tentari a me poſſe cenſuerim: verum longe alium ob finem, diverſoque plane conſilio ad ſcribendum acceſſi. Vt nimirum ingenui Adoleſcentes quorum utilitati, & commodo conſulendum erat,*

aliqua & laborum, & impenſarum parte levarentur, eas ipſis Grammaticas Inſtitutiones proponendas eſſe videbam, quarum praeſidio Graecam Linguam non facile ſolum, ſed perfecte quoque diſcere poſſent. Id autem utrumque nullo modo ſperandum mihi videbatur, niſi Inſtitutiones ipſae & clariori, ac breviori, quo fieri poſſet, ordine conſcriptae ſorent; & eas praeterea Grammaticas leges omnes complecterentur, quae ad Graecos Scriptores recte intelligendos, explicandoſque neceſſario requiruntur. Porro ex variis Grammaticis Libris, qui apud Bibliopolas noſtros proſtant, nullus mihi obverſatus eſt, qui feliciter ſatis utrumque hoc praeſtare poſſe videretur. Tres enim celeberrimi, atque aurei vere Iacobi Gretſeri S. I. Libri ad perfectam ſane Graecae Linguae cognitionem perducere poſſunt; verum ipſa optimarum rerum copia, & multitudine infirmas Tyronum mentes obruunt, eorumque perterrefactos animos revocant ab eo ſtudio proſequendo, quod & diuturnum, & aſperum nimis futurum eſſe exiſtimant. Nova *Lancellotti* Methodus, *& in Elementis tradendis ob novitatem ſuam ipſam minus eſt opportu-*

na

na; & in Grammaticis Animadverſionibus ob rerum copiam, ſubtilitatem, eruditionem Criticis potius, quam Tyronibus proponenda videtur. Graecae Grammatices Inſtitutio ad uſum Seminarii Patavini prae aliis fortaſſe omnibus ob facilitatem, ac brevitatem Adoleſcentibus non immerito eſſet commendanda. Verum non ſolum in ipſius ordine, ac methodo nonnihil reprehendi iure poteſt: ſed in rebus etiam pluribus brevis adeo, & manca eſt, ut qui Graecos Scriptores explicare voluerit ea contentus eſſe non poſſit, adeoque alios ſibi Grammaticos Libros comparare neceſſario cogatur. Varia haec incommoda cavere diligenter conatus ſum in adornando hoc Grammatico Opuſculo, quod in quatuor Libros diviſi, quorum I. Etymologiam, II. Syntaxim, III. Proſodiam, & Orthographiam, IV. Dialectos complectitur. Quid in ſingulis Libris praeſtiterim, ut argumenta quaelibet ad locum ſuum opportune revocarentur, ex ipſo Capitum Indice apparet: quid autem praeſtiterim in Libro I. ut & Paradigmata, & Praecepta faciliori, clariorique ordine exhiberentur, facile agnoſci poteſt ex Paradigmatis Nominum Contractorum, Verborum Circumflexorum, Verborum in μι; ex legibus de

Fer-

Formatione Caſuum in V. Simplicium, & de Formatione Temporum in Verbis; demum ex Capite de Thematis Inveſtigatione. Vt in II. Libro nihil deeſſet eorum, quae ad Graecos Scriptores intelligendos requiruntur, interim tamen Libri moles nimis non excreſceret, Clenardo duce ea ſolum ſelegi ex Graeca Syntaxi, in quibus ipſa a Latina Syntaxi differt. Siquis eſt vero qui putet me parum hoc modo conſuluiſſe iis, qui Graece ſcribere cupiunt, animadvertat quaeſo eos tantummodo id aggredi, qui Latinam Syntaxim probe callent; qui proinde, dum Graece ſcribere voluerint, latinam Syntaxim accurate ſequentur, atque tum ſolum ab ea recedent, quum id faciendum eſſe Libellus hic noſter monuerit. In III. Libro nihil quod ad Proſodiam, atque Orthographiam ſpectet omiſiſſe mihi videor. Vtinam Typographi noſtri impreſſas exhibere potuiſſent Notas omnes, ſive Litterarum Compendia, quae Cap. XI. ex Nova *Lancellotti* Methodo *exſcripſeram. Verum ignoſces in hoc ipſis, Lector Benevole; neque enim id praeſtare poterant, quum aeneis characterum eiuſmodi formis carerent: aereis autem Tabulis Notas ipſas incidendas curare non poteram, ne Opuſculi huiuſce pretium nimis augeretur.*

tur. Dialectos in IV. Libro exponens prolixitatis potius, quam nimiae brevitatis notam ſubire volui: cuius ſane erroris me nullo modo poenitet, quippe quum optime noverim quot in hac re difficultates Adoleſcentibus obverſari ſoleant, & quam graviter illi perturbentur ſi, quod inquirunt, in Grammaticis Inſtitutionibus fortaſſe non invenerint. Quaecumque autem in hoc Libello occurrunt, quae fortaſſe peculiaria videntur, aut quae ſaltem neque in Gretſero, neque in Patavina Grammatica reperiuntur, ea non ego ſane veluti nova, aut a me primum excogitata venditare audeo. Imo aperte fateor pleraque ex Nova *Lancellotti* Methodo, *alia ex Voſſio, Anteſignano, Gueroutio, Golio, aliiſque Grammaticis Scriptoribus, quos diligenter conſului, ſuiſſe deſumpta. Satis mihi laudis conſecutus videbor, ſi viri in eiuſmodi rebus periti non negaverint haec ex variis libris illis iure a me fuiſſe excerpta, atque in hoc Opuſculo opportune collocata. Quamquam vero plura ſimul coniungere debuerim, quae non omnibus Adoleſcentibus aeque ſunt accommodata; characterum tamen, quibus uſus ſum, varietate confuſioni, ac perturbationi cuilibet aditum omnem praecluſiſſe mihi videor. Tyrones enim,*

qui

qui prima Linguae huius Rudimenta diſcunt, ea ſolum legere debent, quae maiori charactere ſunt impreſſa; adoleſcentibus autem qui faciliores Graecos Scriptores explicare, aut ad difficiliores etiam intelligendos paullatim pervenire cupiunt, ea quoque legenda ſunt, quae minori charactere impreſſa conſpiciuntur. Vnum eſt, de quo diligentius mihi monendus es, Lector Benevole, antequam te dimittam. In Graeca Lingua ea utor ego pronunciandi ratione, quam Eraſmianam *plerique appellant. Hanc primum edoctus fui; ab hac deinde recedendum mihi non eſſe exiſtimavi, non ſolum quod ipſa plurimum habeat utilitatis, atque commodi; verum quod plurimorum ſapientiſſimorum virorum auctoritate apud Etruſcos etiam noſtros innitatur. Qui nobiſcum in hoc ſentire voluerint, in variis Doctorum virorum Operibus, praeſertim vero in Lancellotti Praefatione, argumenta, quibus Eraſmiana pronunciandi ratio defenditur, inſpicere commode poterunt. Qui vero ab opinione hac noſtra diſſentiunt nullam certe nobis novitatis, aut temeritatis notam inurent; & quam ipſis libenter concedimus, eam nobis in pronunciando libertatem multo potiori iure non negabunt.*

Non

Non mediocri quidem uſus ſum attentione, ut Inſtitutiones huiuſmodi aut nullis, aut ſaltem paucis, quantum fieri poſſet, Typographicis mendis inquinatae in lucem prodirent. Tamen fatendum eſt & Typographos, & me quoque ipſum nonnumquam dormitaſſe; adeoque irrepſiſſe errores nonnullos, ex quibus eos, qui maioris momenti ſunt, ſequens Tabula exhibet, & quomodo corrigendi ſint oſtendit.

	Errata		*Corrige*
Pag.	6 *v. ult.*	in Libro IV.	in Libro IV. Cap II.
	12 *v.* 3	aut in ῶ	aut in ῳ.
	13 *v.* 4	ὦ Μιναῖχμα α	ὦ Μιναῖχμα a
	24 *v.* 12	Formant Accuſativum	formant Vocativum
	43 *v.* 14	ἡ Δησπότις	ἡ Δισπότις.
	49 *v.* 24	comparatur	comparantur
	51 *v.* 2	Patronomycum	Patronymicum
	52 *v.* 26	nonnumquam aequales	nonnumquam, aequales
	57 *v.* 17	ὑγαίνω	ὑγιαίνω
	60 *v.* 3	πίπλικα	πίπλιχα
	63 *v.* 3	ἰτιτὐφιτον	ἰτιτύφιτων.
	70 *v.* 17 & 29	Propoſitiones	Praepoſitiones.
	79 *v.* 10	ἠγεγίρκειν	ἠγηγίρκειν.
	88 *v.* 16	ΞΑΙ	ΣΑΙ
	106 *v.* 26	impurum	purum
	110 *v.* 21	ψιληθιήν	φιληθιήν
	112 *v.* 2	τίφιλα	πίφιλα
	118 *v.* 23	in αω, & αζω, in αω, & απυμι	in αω & αζω, in αω & απυμι
	126 *v.* 8	δηδήλωμαι	δεδήλωμαι
	162 *v.* 22	ἴσιστα	ἴσισθαι
	164 *v.* 2 & 5	ἴημι	ἵημι
	165 *v.* 12	ἰθήσομαι	ἰθήσειμαι

Pag.

Pag 175	v. 2	Coni. I.	Coni. II.
176	v. 7	ὁρίμω	ὁρέμω
216	v. 1	Suſtantivo	Subſtantivo
241	v. 27	olĕconto	olecŏnto
264	v. 15	χὰρ	Κὰρ
266	v. 8	Epyſinaloephe	Epiſynaloephe
	v. 24	ῦ	ῦ
271	v. 16	ἰμιόθεν	ἰμεόθεν
273	v. 16	namina	nomina
275	v. 6	λογος	λόγος

Leviores errores alii facile occurrent, quos recenſendos non cenſeo, quum a prudenti Lectore quolibet ſtatim agnoſci, & corrigi procul dubio facillime poſſint.

INDEX CAPITVM

LIB. I.

Caput I. De Litteris, & legendi ratione pag. 1.
Caput II. De Partibus Orationis, & primum de Articulo pag. 8.
Caput III. De Nomine, & Declinationibus Simplicium pag. 10.
Caput IV. De quinque Contractorum Nominum Declinationibus pag. 27.
Caput V. De Nominibus Contractis Irregularibus pag. 34.
Caput VI. De Nominibus Heteroclitis pag. 35.
Caput VII. De Motione, seu formatione Adiectivorum per genera pag. 39.
Caput VIII. De Formatione, seu Motione Substantivorum pag. 43.
Caput IX. De Numeralibus pag. 44.
Caput X. De Gradibus Comparationis pag. 47.
Caput XI. De Nominibus Derivativis pag. 50.
Caput XII. De Pronomine pag. 54.
Caput XIII. De Verbo, & Coniugationibus Verborum Barytonorum pag. 57.
Caput XIV. De Verbis Circumflexis pag. 103.
Caput XV. De Verbis in μι pag. 130.
Caput XVI. De Verbis Defectivis, & Anomalis pag. 157.
Caput XVII. De Thematis Investigatione pag. 169.
Caput XVIII. De Nominibus Verbalibus pag. 189.
Caput XIX. De Indeclinabilibus Orationis partibus pag. 190.
Caput XX. De Figuris Dictionis pag. 196.

LIB. II.

Caput I. De Concordantiis pag. 197.
Caput II. De Constructione Praepositionum pag. 199.
Caput III. De Articulo pag. 213.
Caput IV. De Nomine Substantivo pag. 216.
Caput V. De Nominibus Adiectivis pag. 217.
Caput VI. De Comparativis, & Superlativis pag. 219.
Caput VII. De Pronomine pag. 221.
Caput VIII. De Verborum Syntaxi pag. 222.

Caput IX. De Infinito pag. 227.
Caput X. De Participiis, eorumque usu pag. 229.
Caput XI. De Significatione Verborum cum Coniunctione ἄν pag. 231.
Caput XII. De Mensura, Spatio, Tempore pag. 234.
Caput XIII. De Adverbiis pag. 235.
Caput XIV. De Constructione Figurata pag 238.

LIB. III.

Caput I. Vniversales Prosodiae Leges pag. 240.
Caput II. De Ancipitum Vocalium quantitate pag. 243.
Caput III. De Nominum Incremento pag. 248.
Caput IV. De Verborum Incremento, & de quantitate Ancipitum in Verbis pag. 250.
Caput V. Regulae de Quantitate Ancipitum in Antepenultimis, & Penultimis syllabis pag. 253.
Caput VI. De Quantitate Ancipitum in fine dictionum pag. 261.
Caput VII. De Figuris Prosodiae pag. 266.
Caput VIII. De Graecorum Spiritibus, & Accentibus pag. 267.
Caput IX. De Accentuum Motione, & Mutatione pag. 270.
Caput X. De Encliticis pag. 274.
Caput XI. De reliquis Orthographiae Legibus pag. 276.

LIB IV.

Caput I. De Dialectis, & Poëtarum Licentia pag. 281.
Caput II. De Dialectis in genere pag. 282.
Caput III. De Articuli, & Nominum Dialectis pag. 286.
Caput IV. De Pronominum Dialectis pag. 290.
Caput V. De Verborum Dialectis pag. 293.
Appendix de Graecorum Mensibus, eorumque divisione pag. 310.

LIBER I.

DE LITTERIS ET LEGENDI RATIONE

CAPVT I.

Quatuor & viginti ſunt Graecorum Litterae, quae Στοιχεῖα, ſive Γράμματα ab ipſis dicuntur: in his autem tria ſunt conſideranda.

Figura			Nomen &	Poteſtas
Α	α	Α"λφα	Alpha	A
Β	β ϐ	Βῆτα	Beta	B
Γ	γ ϝ	Γάμμα	Gamma	G
Δ	δ ∂	Δέλτα	Delta	D
Ε	ε	Ε'ψιλόν	Epſilon	E tenue
Ζ	ζ ϛ	Ζῆτα	Zeta	Z
Η	η	Η'τα	Eta	E
Θ	θ ϑ	Θῆτα	Theta	Th
Ι	ι	Ι'ῶτα	Iota	I
Κ	κ	Κάππα	Cappa	K, C
Λ	λ	Λάμβδα	Lambda	L
Μ	μ	Μῦ	Mu	M
Ν	ν	Νῦ	Nu	N
Ξ	ξ	Ξῖ	Xi	X
Ο	ο	Ο'μικρόν	Omicron	O parvum
Π	π ϖ	Πῖ	Pi	P
Ρ	ρ ϱ	Ρ'ῶ	Rho	R
Σ	σ ς	Σῖγμα	Sigma	S

Α Τ τ

Figura			Nomen &	Poteſtas
Τ	τ	Ταῦ	Tau	T
Υ	υ	Ὑψιλόν	Vpſilon	V tenue
Φ	φ	Φῖ	Phi	Ph
Χ	χ	Χῖ	Chi	Ch
Ψ	ψ	Ψῖ	Pſi	Pſ
Ω	ω	Ὦμέγα	Omega	O magnum

De Pronunciatione,

Βῆτα cum Eraſmo pronunciamus ut Latinorum B, Ἦτα ut E; litterae vero T ſonum quemdam concedimus medium inter Latinorum I & V, quo pacto ſimplex V a Gallis effertur. Litterae Γ, K, & T eamdem apud nos vim habent, ac Latinorum G, C, & T dum ante A, O, V reperiuntur.

Γ, ſi praecedat aliud Γ, aut K, Ξ, X, pronunciatur fere ut N: ita Ἄγγος *Angos*, πέφαγκα *pephanca*, Σφίγξ *Sphinx*, Ἔγχος *Enchos*.

Litterarum Diviſio.

Ex Graecorum litteris ſeptem ſunt *Vocales* Φωνήεντα Γράμματα, nimirum A, E, H, I, O, Υ, Ω; reliquae omnes ſunt *Conſonantes* Σύμφωνα.

Vocales *Breves* Βραχέα E, O

Longae Μακρὰ H, Ω

Ancipites Δίχρονα ſ. Κοινὰ A, I, Υ:

quae poſtremae ita appellantur, quod in nonnullis vocibus breves ſunt, in aliis longae

gae; in quibuſdam autem, ut inquiunt, *communes*.

De Diphthongis.

Ex coniunctione Vocalium oriuntur Δίφθογγοι *Diphthongi* duodecim; quarum ſex *Propriae* Εὔφωνοι, ſex *Impropriae* dicuntur.

Propriae ſunt AI, AΥ, EI, EΥ, OI, OΥ, quas ita pronunciamus *ai*, *au*, *ei*, *eu*, *oi*, *u* integro ſono, quem Galli tribuunt diphthongo *ou*, Itali vero litterae vocali *u*.

Impropriae ſunt ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ; quarum vis apud nos eſt *a*, *e*, *o*, *eu*, *ui*, *ou*.

Tres priores impropriae Diphthongi a Graecis dicuntur ἄφωνοι *ſono carentes*, ex eo quod in ipſis utriuſque vocalis ſonus non auditur; reliquae tres κακόφωνοι *male ſonantes* appellantur.

Si trium Διφθόγγων *Diphthongorum figura maiuſcula eſſe debeat, ita ſcribentur* Αι, Ηι, Ωι. *Veteres tamen ſcripſerunt* ΑΙ, ΗΙ, ΩΙ.

Vocales Α, Ε, Ο, Η, Ω *Praepoſitivae* Προτακτικὰ dicuntur, quod priorem locum tenent in Diphthongis; *Subiunctivae* autem Ὑποτακτικὰ dicuntur Ι & Υ, quod ultimo loco ponuntur. Υ tamen in Diphthongo ΥΙ eſt *Praepoſitiva*.

Dum ſubiuncta duobus Punctis diacriticis notatur, ut παΐς, ἄϋπνος, ambae vocales peculiarem ſyllabam efficiunt; adeoque ſeorſim pronunciantur, non autem coniunctim, ut in ἀιδὼς, ἀυλός.

Conſonantium Diviſio.

Septemdecim conſonantes dividuntur in novem *Mutas* Ἄφωνα, & octo *Semivocales* Ἡμίφωνα.

Ex Mutis *Tenues* ψιλὰ ſunt π, κ, τ
Mediae Μέσα β, γ, δ
Aſpiratae Δασέα φ, χ, θ

Affines, ſive *Cognatae* ſunt π, β, φ quae pronunciantur *Labiis*; κ, γ, χ *Gutture*; τ, δ, θ *Dentibus*

Ex ſemivocalibus

Duplices Διπλᾶ ſunt ζ pro δς, & σδ
ξ pro κς, γς, χς
ψ pro πς, βς, φς

Liquidae Υγρὰ ſunt λ, μ, ν, ρ; quae *immutabiles* ἀμετάβολα etiam dicuntur.

Denique Σ nec duplex, nec liquida eſt; adeoque ἄσημον, μοναδικὸν, & μονῆρες γράμμα *ſolitaria littera* a Graecis dicitur.

De Accentibus.

Tres ſunt Graecorum *Accentus* Τόνοι.

Acutus ὀξὺς (´) qui aut in ultima ſyllaba eſt, ut Θεός: aut in penultima, ut φιλία; aut in antepenultima, ut ἀλήθεια.

Gravis βαρὺς (`) qui in ultima tantum conſpicitur, ut τιμὴ *honor*.

Circumflexus περισπώμενος (῀) qui aut in ultima eſt, ut ποιῶ; aut in penultima, ut βοᾶτε.

De Syllabarum quantitate.

Quemadmodum in latinis, ita in Graecis quoque vocibus pronunciandis non de *Accentu*

tu ſolliciti ſumus, ſed de ſyllabarum tántummodo *quantitate*; quae in penultima praeſertim eſt conſideranda.

I. Si enim in penultima ipſa fuerit η, ω, aut Diphthongus aliqua, ſyllaba longa ſemper erit, ut Παράκλητος, ἄνθρωπος, Θεόδουλος *Paracl*ē*tos*, *Anthr*ō*pos*, *Theod*ū*los*.

II. Si in penultima fuerit ε, vel ο, brevis erit ſyllaba, ut Δημοσθένης, Πρόχορος *Demoſthĕnes*, *Prochŏros*: quod continget quoque, ſi poſt ε & ο muta & liquida reperiantur, ut Σιτομέτρης *Sitomĕtres*.

Si tamen poſt ε & ο aut duplex aliqua, aut duae conſonantes ſequantur, ſyllaba *poſitione* longa erit, ut Τράπεζα, Δράκοντος *Trapēza*, *Dracōntos*.

III. Ancipites α, ι, υ in penultima breves plerumque ſunt. Producuntur tamen, ſi poſt ipſas ſequatur littera duplex, aut duae conſonantes, ut Αἴαντος, κομίζω, ὄβρυζον *Aiān*t*os*, *com*ī*zo*, *obr*ȳ*zon*. Ita quoque ſi accentu circumflexo notatae fuerint, ut βοᾶτε *boāte*.

In quibus praeterea vocibus ancipites eiuſmodi longae ſint, Tyrones ex Magiſtris primum, ex Proſodiae deinde Regulis, & ex Poëtarum exemplis diſcere facile, & opportune poterunt:

De Spiritibus.

Spiritus Πνεῦμα duplex eſt: *Lenis*, ſive *Tenuis*

ψιλὸν (᾽) ut ἐς, ἐγὼ; *Aſper*, ſive *Denſus* (῾) ut ὁ, ἅμα.

Spiritus adſcribitur vocalibus & diphthongis initio dictionum. Ex conſonantibus ſola Ρ in dictionum initio ſpiritu notatur, ut Ῥώμη; in medio vero, ſi geminetur, priore loco lenem, poſteriore denſum ſpiritum accipit, ut πόῤῥω.

Apud Antiquos Lenis ſpiritus nota fuit ⊣, *Aſperi vero* Ⱶ, *ut* ΕΗΓΩ ⊦ΑΜΑ.

De Apoſtropho.

Apoſtrophus Ἀπόστροφος eſt nota reiectae vocalis, aut diphthongi ob ſequentem vocalem. Reiiciuntur autem hoc pacto ε, & ο; α & ι dum breves ſunt; & Diphthongi αι, οι. Ita ἄρχε᾽ ἀοιδᾶς, τῦ᾽ ἔπος, πάνθ᾽ ἕλεγον, βούλομ᾽ ἐγὼ, ὄιμ᾽ ἐγὼ pro ἄρχεε ἀοιδᾶς, τῦτο ἔπος, πάντα ἔλεγον, βούλομαι ἐγὼ, ὄιμοι ἐγώ.

Nonnunquam longa etiam vocalis per Apoſtrophum eliditur: τράφ᾽ ἐνὶ μεγάρῳ *pro* τράφη.

Si ſequens vocalis aſpirata ſit, Tenues conſonantes praecedentis dictionis in affines aſpiratas convertuntur: ut ἀφ᾽ οὗ, νύχθ᾽ ὅλην pro ἀπὸ οὗ, νύκτα ὅλην. Dictio autem, cui ſyllaba dempta eſt, ita cum ſequenti dictione pronunciando coniungitur, ut ambae unam tantummodo vocem componere fere videantur.

Nonnumquam reiicitur vocalis, licet ſequatur conſonans, ut παρ᾽ Θιῷ *pro* παρὰ Θιῷ. *Interdum etiam non ultima antecedentis, ſed prima ſequentis dictionis conſonans reiicitur, ut* ἠ ᾽γαθὴ, ἠ ῥετὴ *pro* ἡ ἀγαθὴ, ἡ ἀρετή.

Vtimur etiam Apoſtropho in contractione, quae per Craſim *ſaepe fit, duarum dictionum in unam, ut* κἀν, κἀγὼ, ἰγῷμαι *pro* καὶ ἀν, καὶ ἐγὼ, ἐγὼ οἶμαι: *id vero praeſertim contingit dum Articulus cum ſuo nomine coniungitur, ut* τἀνδρὶ, θοιμάτιον, τοὐπίταγμα *pro* τῷ ἀνδρὶ, τὸ ἱμάτιον, τὸ ἐπίταγμα. *De hoc contractionis genere fuſius in Libro IV. agemus.*

De

De Interpunctionibus.

Graeci cum Latinis in interpunctionibus fere omnibus accuratiſſime conveniunt; in duabus tamen diſſident.

Siquidem apud Graecos Interrogationis nota eſt (;) ut Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; *quod cras futurum eſt quis novit?* Ad *Colon* autem, & *Semicolon* indicandum punctum ſuperiori litterae parti ita appingitur (·) ut Ὡς οἱ μὲν Τρῶες φυλακὰς ἔχον· ἀυτὰρ &c. *Ita quidem Troiani cuſtodias agebant; ſed &c.*

Hypodiaſtole Ὑποδιαστολὴ eſt nota, qua diſtinctionis cauſſa ſeiungimus dictionis alicuius ſyllabas, quae coniunctae ſunt. Ita ſcribuntur Articuli ὅ,τι; ὅ,τι, τό,τι, ut diſtinguantur ab Adverbiis ὅτι *quod*, ὅτι *quando*, τότι *tunc*.

Hyphen Ὑφ' ὲν *eſt nota, quae oſtendit duas diſtinctas dictiones ſimul eſſe coniungendas ut* πᾶσ‿μιλεῦσα, ὅπως‿οὖν. *Cetera, quae ad Syllabarum quantitatem, & ad Graecam Orthographiam ſpectant, opportunius in Libro III. tradentur.*

NEXVS LITTERARVM

Qui frequentius occurrunt.

ἀπὸ	ἀπθ	ἐν	ἐν	μβ	μεθ'
αὐ	ἀυ	ἐξ	ἐξ	μετ	μετὰ
γγ	γγ	εὐ	ἐυ	μλω	μὴν
γγε	γεν	ἑ	ἐυ	μι	μι
γρ	γρ	λω	ην	ος	ος
γυ	γυ	ἐ	καὶ	οὐκ	οὐκ
γυν	γυν	κατ	κατὰ	ππ	ππ
δὲ	δὲ	λλ	λλ	ρα	ρα
ἐκ	ἐκ	μὲν	μὲν	σθ	σθ
					σθαι

⟨	σθαι	⟨	σχ	⟨	τὸν
⟨	σι	⟨	ται	⟨	τοῦ
⟨	στ	⟨	τὴν	⟨	τρ
⟨	σσ	⟨	τὴν	⟨	τῶ
⟨	στ	⟨	τῆς	⟨	χρ

Accuratior Index Nexuum illorum omnium, quibus Typographi in Graecis libris imprimendis uſi aliquando ſunt, in tertio Grammatices huius Libro exhibebitur, ubi de Graecorum Orthographia paullo fuſius agetur.

De Partibus Orationis, & primum de Articulo.

CAPVT II.

OCto ſunt apud Graecos Orationis Partes: 1. *Articulus*, 2. *Nomen*, 3. *Pronomen*, 4. *Verbum*, 5. *Participium*, 6. *Adverbium*, 7. *Coniunctio*, 8. *Praepoſitio*; 1. Ἄρθρον, 2. Ὄνομα, 3. Ἀντωνυμία, 4. Ῥῆμα, 5. Μετοχὴ, 6. Ἐπίῤῥημα, 7. Σύνδεσμος, 8. Πρόθεσις.

Graeci *Interiectionem* ab *Adverbio* non diſtinguunt.

Quinque priores Orationis Partes ſunt *Declinabiles*, poſtremae tres *Indeclinabiles*. In declinabilibus omnibus *Numeri*; in Articulo, Nomine, Pronomine, & Participio *Caſus*, & *Genera* ſunt obſervanda.

I. *Numeri* Ἀριθμοὶ ſunt tres 1. *Singularis*, 2. *Dualis*, 3. *Pluralis*; Ἑνικὸς, Δυϊκὸς, Πληθυντικὸς

τικός. Dualis numerus uſurpatur ad ſignificandas duas tantum res, praeſertim ſi geminae illae ſint, ut τὼ ὀφθαλμὼ *duo oculi &c.*

Saepe tamen ad duas res indicandas Pluralis numerus adhibetur.

II. *Caſus* Πτώσεις ſunt quinque 1. *Nominativus*, 2. *Genitivus*, 3. *Dativus*, 4. *Accuſativus*, 5. *Vocativus*; 1. Εὐθεῖα ſive Ὀνομαστικὴ, 2. Γενικὴ, 3. Δοτικὴ, 4. Αἰτιατικὴ, 5. Κλητική.

Graeci peculiarem non habent vocem, ſive inflexionem *Ablativi*; adeoque Ablativo carere dicuntur.

III. *Genera* Γένη tria praeſertim numerantur 1. *Maſculinum*, 2. *Femininum*, 3. *Neutrum*; 1. Ἄρσενικὸν, 2. Θηλυκὸν, 3. Οὐδέτερον.

Addi poſſunt, *Commune* Κοινὸν, *Promiſcuum* ſive *Epicoenum* Ἐπίκοινον, & *Omne* Πᾶν.

De Articulo.

Duplex apud Graecos eſt *Articulus* Ἄρθρον; *Praepoſitivus*, & *Subiunctivus*: προτακτικὸν, καὶ ὑποτακτικόν. Praepoſitivus Nomini, & Participio praeponitur ad caſum praeſertim, genus, & numerum indicandum; atque idem fere ſignificat, quod apud Italos voces *il*, *la*, *lo*: ita vero inflectitur.

	Singularis					Dualis					Pluralis				
	N.	G.	D.	A.	V.	N. A.	G. D.	V.	N.	G.	D.	A.	V.
M.	ὁ,	τοῦ,	τῷ,	τὸν,	ὦ	τὼ,	τοῖν,	ὦ	οἱ,	τῶν,	τοῖς,	τοὺς,	ὦ
F.	ἡ,	τῆς,	τῇ,	τὴν,	ὦ	τὰ,	ταῖν,	ὦ	αἱ,	τῶν,	ταῖς,	τὰς,	ὦ
M.	τὸ,	τοῦ,	τῷ,	τὸ,	ὦ	τὼ,	τοῖν,	ὦ	τὰ,	τῶν,	τοῖς,	τὰ,	ὦ

Vox

Vox ὦ, quae in *Vocativo* generum, & numerorum omnium adhibetur, non eſt caſus Articuli, ſed *Adverbium vocandi*.

Eodem prorſus modo declinatur Articulus in compoſitione, ut Nom. ὅγε, ἥγε, τόγε Gen. τοῦγε, τῆςγε, τοῦγε. Nom. ὅδε, ἥδε, τόδε. Gen. τοῦδε τῆςδε, τοῦδε &c.

Articulus Subiunctivus, qui & Relativus dicitur, idem ſignificat ac Latinorum *qui, quae, quod*; atque ita inflectitur.

	Singularis				Dualis				Pluralis			
	N.	G.	D.	A.	N. A.	G. D.	N.	G.	D.	A.
Maſc.	ὃς,	οὗ,	ᾧ,	ὃν	ὦ,	οἷν	οἱ,	ὧν,	οἷς,	οὕς
Fem.	ἣ,	ἧς,	ᾗ,	ἣν	ᾱ̂,	αἷν	αἱ,	ὧν,	αἷς,	ἅς
Neut.	ὃ,	οὗ,	ᾧ,	ὃ	ὦ,	οἷν	ᾱ̂,	ὧν,	οἷς,	ἅ

Ita quoque inflectitur in compoſitione, ut Nom. ὅσγε, ἥγε, ὅγε: Gen ὅγε, ἅσγε, ἅγε. Nom. ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ; Gen. ἅπερ, ἧσπερ, ἅπερ. Nom. ὅσαν, ἥαν, ὅαν *quicumque* Gen. ἅαν, ἧσαν, ἅαν &c.

De inflexione Articuli compoſiti ὅστις, ἥτις, ὅ,τι; ὅτισαν, ἥτισαν, ὅτιαν *inferius agemus, ubi de V. Declinatione Simplicium.*

De Nomine, & Declinationibus Simplicium.

CAPVT III.

NOmina alia ſunt *Simplicia* ἁπλᾶ, alia *Contracta* συνῃρημένα.

Simplicium Declinationes quinque ſunt; quarum priores quatuor *Pariſyllabae* ἰσοσύλλαβοι dicuntur, quod in Genitivo non creſcunt: quinta vero, quae in Genitivo creſcit, *Impariſyl-*

ſyllaba περιττοσύλλαβος vocatur; ex hac autem quinque *Contractorum* Declinationes oriuntur.

In Declinationibus omnibus eamdem prorſus vocem habent Nominativus, Accuſativus, & Vocativus Dualis; eamdemque Genitivus, & Dativus itidem Dualis.

Vocativus quoque Pluralis ſemper ſimilis eſt Nominativo eiuſdem numeri.

SIMPLICIVM

Prima Declinatio

Nomina generis Maſculini tantummodo complectitur, quorum terminatio eſt in ας, & ης, ut ὁ Νεανίας *adoleſcens*, ὁ Τελώνης *publicanus*.

Singularis		Singularis	
N.	ὁ Νεανίας	N.	ὁ Τελώνης
G.	τοῦ Νεανίου	G.	τοῦ Τελώνου
D.	τῷ Νεανίᾳ	D.	τῷ Τελώνῃ
A.	τὸν Νεανίαν	A.	τὸν Τελώνην
V.	ὦ Νεανία	V.	ὦ Τελώνη
Dualis		Dualis	
N. A.	τὼ Νεανίᾳ	N. A.	τὼ Τελώνᾱ
G. D.	τοῖν Νεανίαιν	G. D.	τοῖν Τελώναιν
V.	ὦ Νεανία	V.	ὦ Τελώνᾱ
Pluralis		Pluralis.	
N.	οἱ Νεανίαι	N.	οἱ Τελῶναι
G.	τῶν Νεανιῶν	G.	τῶν Τελωνῶν
D.	τοῖς Νεανίαις	D.	τοῖς Τελώναις
A.	τὺς Νεανίας	A.	τὺς Τελώνας
V.	ὦ Νεανίαι	V.	ὦ Τελῶναι

Obſervatio.

Dativus ſingularis Paraſyllabarum Declinationum deſinit ſemper in ᾳ, ῃ, aut ῳ̃.

Genitivus Pluralis Declinationum omnium deſinit in ων; in I. vero, & II. Simplicium ῶν ſemper circumflectitur.

Exceptiones I. Simplicium.

1 Nomina quaedam deſinentia in ας, praeſertim propria, habent Genitivum in α, ut ὁ Λυκᾶς, τοῦ Λυκᾶ; ὁ Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ; ὁ Ἀνίβας, τοῦ Ἀνίβα; ὁ Βορρᾶς, τοῦ Βορρᾶ.

2. Nonnulla habent Genitivum in ου & α; ut ὁ Ἀρχύτας, τοῦ Ἀρχύτου, & Ἀρχύτα: ὁ Πυθαγόρας, τοῦ Πυθαγόρου, & Πυθαγόρα.

3. Ita quoque appellativa πατραλοίας *parricida*, μητραλοίας *matricida*, ὀρνιθοθήρας *auceps*, γενάδας *homo generoſus*, δευτερίας *ſecundus*.

Ex Nominibus in ης habent Vocativum in α.

1. Nomina deſinentia in της, ut Ποιητὴς, Εὐεργέτης Voc. ὦ Ποιητὰ, ὦ Εὐεργέτα. Quae tamen deſinunt in σης habent Vocativum in η, & α; ut Λῃσὴς, Voc. ὦ Λῃσὴ, & Λῃσὰ; Ἐκκλησιαστὴς, Voc. ὦ Ἐκκλησιαστὴ, & Ἐκκλησιαστά.

Retinent τ *in Vocativo haec nomina propria* Αἰάντης, Αἰναρίτης, Καλλικράτης, Φιλοθερσίτης.

2. Nomina compoſita α μετρῶ, πολῶ, τρίβω, ut Γεωμέτρης, ὦ Γεωμέτρα; βιβλιοπώλης, ὦ βιβλιοπώλα; Παιδοτρίβης, ὦ Παιδοτρίβα.

3. Nomina Gentilia, ſive Nationum, ut Σκύθης, ὦ Σκύθα; Πέρσης, ὦ Πέρσα.

Πέρ-

Πίρσης *tamen, nomen proprium viri, habet Vocativum* ὦ Πίρση.

Ita quoque Poëtica in της, ut κυνώπης, ὦ κυνῶπα; & Λάγνης *laſcivus* ὦ Λάγνα, atque ὦ Πυραῖχμα, ὦ Μυραῖχμα a Πυραίχμης, Μυραίχμης.

Nomina quaedam huius Declinationis in εας contrahuntur in ης, ut ὁ Ἑρμείας Ἑρμῆς, *& declinantur prorſus ut* Τελάμης. *Pauca tamen quaedam habent Genitivum in η, ut* ὁ Τρῆς, τοῦ Τρῆ; ὁ Ποδῆς, τοῦ Ποδῆ; ὁ Ἀπιλλῆς, τοῦ Ἀπιλλῆ; *reperitur quoque &* Ἀπιλλοῦ.

Secunda Declinatio

Complectitur nomina Feminini ſolum generis deſinentia in α, & η; ut ἡ Μοῦσα *Muſa*; ἡ τιμὴ *honor*.

Singularis			Singularis		
N.	ἡ	Μοῦσα	N.	ἡ	Τιμή
G.	τῆς	Μούσης	G.	τῆς	τιμῆς
D.	τῇ	Μούσῃ	D.	τῇ	Τιμῇ
A.	τὴν	Μοῦσαν	A.	τὴν	Τιμήν
V.	ὦ	Μοῦσα	V.	ὦ	Τιμή
Dualis			Dualis		
N. A.	τὰ	Μούσα	N. A.	τὰ	Τιμά
G. D.	ταῖν	Μούσαιν	G. D.	ταῖν	Τιμαῖν
V.	ὦ	Μούσα	V.	ὦ	Τιμά
Pluralis			Pluralis		
N.	αἱ	Μοῦσαι	N.	αἱ	Τιμαὶ
G.	τῶν	Μουσῶν	G.	τῶν	Τιμῶν
D.	ταῖς	Μούσαις	D.	ταῖς	Τιμαῖς
A.	τὰς	Μούσας	A.	τὰς	Τιμάς
V.	ὦ	Μοῦσαι	V.	ὦ	Τιμαὶ

Ex-

Exceptiones.

Retinent α in toto ſingulari nomina deſinentia in α purum quemadmodum φιλία, ἀλήθεια &c. ut N. ἡ φιλία, G. τῆς φιλίας, D. τῇ φιλίᾳ, A. τὴν φιλίαν &c.

Ita quoque nomina in δα, θα, ρα, ut Λήδα, ας; Μάρθα, ας; Καθαρὰ, ᾶς &c. quibus addi debet Θέκλα, ας.

Tamen ε Nominativo ἄκανθα eſt Genitivus ἀκάνθης.

Quaedam huius Declinationis nomina ex αα & εα contrahuntur in ᾶ ut Ναυσικάα Ναυσικᾶ, *ἀργυρία ἀργυρᾶ, atque declinantur prorſus ut* φιλία. *Alia vero ex εα, ἑη, & οη contrahuntur in ῆ, ut γέα γῆ, ἁπλόη ἁπλῆ, atque haec inflectuntur ut* Τιμή.

Tertia Declinatio

Complectitur nomina Maſculina, Feminina, Communia in ος, ut ὁ λόγος *ſermo*, ἡ ὁδὸς *via*, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος *hic & haec homo*; atque Neutra in ον, ut τὸ ξύλον *lignum*.

Singularis		Singularis		Singularis	
N.	ὁ λόγος	N.	ἡ ὁδὸς	N.	τὸ ξύλον
G.	τοῦ λόγου	G.	τῆς ὁδοῦ	G.	τοῦ ξύλου
D.	τῷ λόγῳ	D.	τῇ ὁδῷ	D.	τῷ ξύλῳ
A.	τὸν λόγον	A.	τὴν ὁδὸν	A.	τὸ ξύλον
V.	ὦ λόγε	V.	ὦ ὁδὲ	V.	ὦ ξύλον
Dualis		Dualis		Dualis	
N.A.	τὼ λόγω	N. A.	τὰ ὁδὼ	N. A.	τὼ ξύλω
G.D.	τοῖν λόγοιν	G. D.	ταῖν ὁδοῖν	G. D.	τοῖν ξύλοιν
V.	ὦ λόγω	V.	ὦ ὁδὼ	V.	ὦ ξύλω

Plu-

	Pluralis		Pluralis		Pluralis
N.	οἱ λόγοι	N.	αἱ ὁδοὶ	N.	τὰ ξύλα
G.	τῶν λόγων	G.	τῶν ὁδῶν	G.	τῶν ξύλων
D.	τοῖς λόγοις	D.	ταῖς ὁδοῖς	D.	τοῖς ξύλοις
A.	τὺς λόγυς	A.	τὰς ὁδὺς	A.	τὰ ξύλα
V.	ὦ λόγοι	V.	ὦ ὁδοὶ	V.	ὦ ξύλα

In Nominibus Neutris tres caſus, Nominativus ſcilicet, Accuſativus, & Vocativus ſimiles omnino ſunt cum in Singulari, in quo numero deſinunt in *ον*, tum in Plurali, ubi deſinunt in *α*.

Quaedam tamen Neutra habent Nominativum &c. ſingularem in ο, ut ἄλλο, τῦτο &c.

Vocativus nominum, quae non ſunt neutrius generis, deſinit in ι *ut* ὦ λόγι; Θιὸς *tamen habet* ὦ Θιὲ; οὗτος, ὦ οὗτος.

Nonnulla Declinationis huiuſce nomina deſinentia in εος, *&* ους *contrahuntur in* ους, *ut* νόος νῦς mens, χρύσεος χρυσῦς aureus; *alia Neutra in* εον, *&* ουν *contrahuntur in* ουν, *ut* ἁπλόον ἁπλῦν ſimplex, χρύσεον χρυσῦν aureum.

Prima inflectuntur N. ὁ νῦς, τῦ νῦ, τῷ νῷ, τὸν νῦν, ὦ νῦ; *in Duali, & Plurali nihil differunt a* λόγος. *Poſtrema ita declinantur,* τὸ ἁπλῦν, τῦ ἁπλῦ, τῷ ἁπλῷ, τὸ ἁπλῦν, ὦ ἁπλῦν, *in ceteris omnibus accuratiſſime conveniunt cum* ξύλον.

Si tamen nomina haec Neutra fuerint compoſita, non contrahuntur in Nominativo, Accuſativo &c. imo vero neque in Genitivo contrahi ſolent. Neque enim dici poteſt ἰυτῦ, ἰυπλῦ *loco* ἰυτόυ, ἰυπλόυ; *multoque melius eſt* ἰυτόων, ἰυπλόων, *quam* ἰυτῶν, ἰυπλῶν.

Quarta Declinatio

Quae Atticorum eſt propria, complectitur nomina Maſcul. Femin. & Commun. deſinentia in ως, ut ὁ Μενέλεως *Menelaus*, ἡ ἄλως *area*, ὁ καὶ ἡ εὔγεως *hic & haec fertilis*; & Neutra in

ων

ων, ut τὸ ἐύγεων *hoc fertile*. Ita vero inflectuntur.

	Singularis		Singularis
N.	ὁ Μενέλεως	N	τὸ ἐύγεων
G.	τοῦ Μενέλεω	G	τοῦ ἐύγεω
D.	τῷ Μενέλεῳ	D	τῷ ἐύγεῳ
A.	τὸν Μενέλεων	A	τὸ ἐύγεων
V.	ὦ Μενέλεως	V	ὦ ἐύγεων
	Dualis		Dualis
N. A.	τὼ Μενέλεω	N. A.	τὼ ἐύγεω
G. D.	τοῖν Μενέλεῳν	G. D.	τοῖν ἐύγεῳν
V.	ὦ Μενέλεω	V.	ὦ ἐύγεω
	Pluralis		Pluralis
N.	οἱ Μενέλεῳ	N.	τὰ ἐύγεω
G.	τῶν Μενέλεων	G.	τῶν ἐύγεων
D.	τοῖς Μενέλεῳς	D.	τοῖς ἐύγεῳς
A.	τοὺς Μενέλεως	A.	τὰ ἐύγεω
V.	ὦ Μενέλεῳ	V.	ὦ ἐύγεω

Exceptiones.

Vnum eſt nomen Neutrum in ως, τὸ χρέως *debitum*, pro quo dicitur etiam τὸ χρεών. Duo vero in ω, ideſt τὸ ἀγήρω *ſenii expers*, & τὸ ἐπίπλεω *plenum*.

Quinque Nomina non Neutra formant Accuſativum in ω, ſcilicet ὁ Ἄθως *Athos mons*, τὸν Ἄθω; ἡ ἕως *aurora*, τὴν ἕω; ἡ Κέως *Ceos Inſula*, τὴν Κέω; ἡ Κῶς *Cos Inſula*, τὴν Κῶ; ὁ Λαγὼς *lepus*, τὸν Λαγώ.

His addi poſſunt τὸν καὶ τὴν ἀγήρω *ſenii expertem*, τὸν καὶ τὴν

πλεω

ἵλεω *propitium* & τὸν πλέω *plenum* cum compoſitis ἀνάπλεω, κατάπλεω &c.

Reperitur quoque τὸν Ἄθων, & τὸν λαγών.

Vocativus Μενέλεως *eſt ſimilis Nominativo, quod apud Atticos in nominibus omnibus cuiuslibet Declinationis contingit.*

Ad hanc Declinationem revocari poteſt Adiectivum σᾶος *contractum ex* σάεος. *Maſc. Sing. Nom.* σᾶος *pro* σάεος. *Acc* σᾶον *pro* σάεον. *Acc. Plur.* σᾶους *pro* σάεας. *Neutr. Nom & Acc. Sing.* σᾶον *pro* σάεον. *Nom. & Accuſ. Plur.* σᾶα *pro* σάεα.

Quinta Declinatio

Imparisyllaba

Complectitur nomina cuiuſcumque generis, & Graecas terminationes omnes, nempe in α, ι, υ, ω, ν, ξ, ρ, σ, ψ: ita vero inflectitur.

Singularis		Singularis	
N. ὁ	Τιτὰν	N. τὸ	σῶμα
G. τοῦ	Τιτᾶνος	G. τοῦ	σώματος
D. τῷ	Τιτᾶνι	D. τῷ	σώματι
A. τὸν	Τιτᾶνα	A. τὸ	σῶμα
V. ὦ	Τιτὰν	V. ὦ	σῶμα
Dualis		Dualis	
N. A. τὼ	Τιτᾶνε	N. A. τὼ	σώματε
G. D. τοῖν	Τιτάνοιν	G. D. τοῖν	σωμάτοιν
V. ὦ	Τιτᾶνε	V. ὦ	σώματε
Pluralis		Pluralis	
N. οἱ	Τιτᾶνες	N. τὰ	σώματα
G. τῶν	Τιτάνων	G. τῶν	σωμάτων
D. τοῖς	Τιτᾶσι	D. τοῖς	σώμασι
A. τὰς	Τιτᾶνας	A. τὰ	σώματα
V. ὦ	Τιτᾶνες	V. ὦ	σώματα

De Genitivo.

Nomina huius Declinationis habent ſemper Genitivum in ος: quo vero pacto diverſa nomina & ſyllabam ος, & incrementum accipiant ex ſubiecta nominum ſerie patebit.

Α	ατος	τὸ βῆμα, βήματος	Neutr.
Ι	ιτος	τὸ μέλι, μέλιτος	Neutr.
	ιδος	τὸ φιλόπατρι, φιλοπάτριδος	
	ιος	τὸ πέπερι, πεπέριος	
Υ	υος	τὸ δόρυ, δόρυος	Neutr.
	εος	τὸ ἡδὺ, ἡδέος	
Ω	οος	ἡ Σάπφω, Σάπφοος	Fem.
ΑΝ	ανος	ὁ Τιτὰν, Τιτᾶνος	Maſc.
	αντος	τὸ πᾶν, παντὸς	Neutr.
ΑΞ	αγος	ὁ καὶ ἡ ἅρπαξ, ἅρπαγος	M. F. C.
	ακος	ὁ θώραξ, θώρακος	M. F. C.
	ακτος	ὁ καὶ ἡ ἄναξ, ἄνακτος	M. F. C.
ΑΓΞ	αγγος	ἡ φάλαγξ, φάλαγγος	Fem.
ΑΡ	αρος	ὁ μάκαρ, μάκαρος	M. N.
	ατος	τὸ ἧπαρ, ἥπατος	Neutr.
ΑΡΣ	αρτος	ἡ δαμαρς, δάμαρτος	M. F.
ΑΣ	αδος	ὁ καὶ ἡ φυγὰς, φυγάδος	M. F. C.
	ανος	ὁ μέλας, μέλανος	Maſc.

ΑΣ

ΑΣ	) αντος	ὁ πᾶς, πάντος	) Maſc.
	) ατος	τὸ κέρας, κέρατος	) Neutr.
	) αος	ὁ Λᾶς, λᾶος	) M. N.
ΑΛΣ	) αλος	ὁ ἅλς, ἁλὸς	) M. & F.
ΑΥΣ	) αος	ἡ γραῦς, γραὸς	) F.
ΑΨ	) αβος	ὁ φὰψ, φαβὸς	) Maſc.&
	) απος	ἡ λαίλαψ, λαίλαπος	) Fem.
ΑΙΣ	) αιδος	ὁ καὶ ἡ παῖς, παιδὸς	) Com.
	) αιτος	ἡ δαὶς, δαιτὸς	) F.& N.
ΑΙΞ	) αιγος	ὁ καὶ ἡ αἰξ, αἰγὸς	) Com.
ΕΞ	) εκος	ἡ κρὲξ, κρεκὸς	) M. F.
ΕΥΣ	) εος	ὁ Ὀρφεὺς, Ὀρφέος	) Maſc.
ΕΨ	) εβος	ἡ φλὲψ, φλεβὸς	) M. F.
ΕΙΡ	) ειρος	ἡ χεὶρ, χειρὸς	) M.F.C.
ΕΙΣ	) ειδος	ἡ κλεὶς, κλειδὸς	) Fem.
	) ενος	ὁ εἷς, ἑνὸς	) M.
	) εντος	ὁ χαρίεις, χαρίεντος	) M.
ΗΝ	) ηνος	ἡ Σειρὴν, Σειρῆνος	) M. F.
	) ενος	ὁ ϰ᾽ ἡ τέρην, τέρενος	) M.F.C.
ΗΞ	) ηκος	ἡ μύρμηξ, μύρμηκος	) M.
	) ηχος	ὁ καὶ ἡ βὴξ, βηχὸς	) M.F.C.
ΗΡ	) ηρος	ὁ λουτὴρ, λουτῆρος	) Maſc.
	) ερος	ἡ μήτηρ, μητέρος	) M.F.C.

ΗΣ	ητος	ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος	M. F.
	ῆντος	ὁ τιμῆς, τιμῆντος	M.
	εντος	ὁ Κλήμης, Κλήμεντος	M.
	εος	ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, ἀληθέος	M. C.
ΙΝ	ινος	ὁ καὶ ἡ δελφὶν, δελφῖνος	M.F.C.
ΙΞ	ιγος	ἡ μάσιξ, μάσιγος	M.F.C.
	ικος	ὁ καὶ ἡ πέρδιξ, πέρδικος	
	ιχος	ἡ θρὶξ, τριχὸς	
ΙΣ	ιδος	ὁ Πάρις, Πάριδος	Masc. Fem. & Com.
	ιθος	ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος	
	ινος	ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς	
	ιος	ἡ ὄϊς, ὄϊος	
	ιτος	ἡ χάρις, χάριτος	
	ιτος	ἡ θέμις, θέμιτος	
ΙΨ	ιβος	ὁ Λίψ, λιβὸς	M. F.
	ιπος	ἡ κατῆλιψ, κατήλιπος	M. F.
ΟΝ	οντος	τὸ τύπτον, τύπτοντος	N.
	ονος	τὸ μεῖζον, μείζονος	N.
ΟΞ	οκος	ὁ πρὸξ, προκὸς	M. F.
ΟΡ	ορος	τὸ ὕτορ, ὕτορος	Neutr.
ΟΣ	εος	τὸ μέλος, μέλεος	Neutr.
ΟΥΝ	υντος	τὸ τυπὺν, τυπύντος	Neutr.
ΟΨ	οπος	ἡ ὄψ, ὀπὸς	M. F.
ΟΙΞ	οικος	ἡ προὶξ, προικὸς	F.

οδος

ΟΥΣ	οδος	ὁ πὺς, ποδὸς	Masc.
	οντος	ὁ ὀδὺς, ὀδόντος	Fem. &
	οος	ὁ καὶ ἡ βῦς, βοὸς	Comm.
	ῦντος	ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος	
ΥΝ	υνος	ὁ μόσυν, μόσυνος	M. F.
ΥΞ	υγος	ἡ ἄντυξ, ἄντυγος	M.F.C.
	υκος	ἡ ἄμπυξ, ἄμπυκος	
	υχος	ὁ ὄνυξ, ὄνυχος	
ΥΡ	υρος	ὁ μάρτυρ, μάρτυρος	M.F.C.N.
ΥΓΞ	υγγος	ἡ λὺγξ, λυγγὸς	*singulsus*
	υγκος	ὁ λὺγξ, λυγκὸς	*lynx*
ΥΣ	υδος	ἡ χλαμὺς, χλαμύδος	M.F.C.
	υθος	ἡ κώμυς, κώμυθος	Masc. &
	υτος	ὁ ἀκμὺς, ἀκμύθος	Fem.
	υος	ἡ χέλυς, χέλυος	M. F.
	υντος	ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος	M.
	εος	ὁ ὠκὺς, ὠκέος	M.
	εως	ὁ πρέσβυς, πρέσβεως	M.
ΥΨ	υφος	ὁ κίνυψ, κίνυφος	
ΩΝ	ονος	ὁ καὶ ἡ μείζων, μείζονος	M. F.
	οντος	ὁ δράκων, δράκοντος	M.
	ωνος	ὁ Πλάτων, Πλάτωνος	M F.
	ωντος	ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶντος	M.
ΩΞ	ωκος	ὁ πτὼξ, πτωκὸς	M. F.
ΩΡ	ορος	ὁ Ἕκτωρ, Ἕκτορος	Masc.
	ωρος	ὁ φὼρ, φωρὸς	& Fem.

ΩΡ	ατος	τὸ ὕδωρ, ὕδατος	Neutr.
ΩΣ	οος	ἡ ἠὼς, ἠόος	F.
	οτος	ὁ τετυφὼς, τετυφότος	M.
	ωος	ὁ ἥρως, ἥρωος.	M.
	ωτος	ὁ γέλως, γέλωτος	M. & N.
ΩΨ	ωπος	ὁ Κύκλωψ, Κύκλωπος	M. F.

De Dativo.

Ex Genitivo formatur Dativus, mutato ος in ι, ut σώματος, σώματι; μάρτυρος, μάρτυρι.

De Accusativo.

Accusativus in nominibus non Neutris desinit in α, in quam vocalem mutatur ος Genitivi, ut τοῦ τιτᾶνος, τὸν τιτᾶνα; τοῦ μάρτυρος, τὸν μάρτυρα. In Neutris autem Accusativus, & Vocativus cum Nominativo perfecte conveniunt.

Exceptiones.

I. Nomina Barytona in ις & υς, quae habent ος purum in Genitivo, habent Accusativum in ιν & υν, ut ὄφις, ὄφιος, ὄφιν; πόλις, πόλεως, πόλιν; βότρυς, βότρυος, βότρυν; ὀξὺς, ὀξέος, ὀξύν.

Ὄφια, & βότρυα Poëtica sunt.

II. Nomina Barytona in ις & υς, quae in Ge-

Genitivo habent ος non purum, in Accuſativo deſinunt cum in α, tum in ιν, atque υν; ut ἔρις, ἔριδος Acc. ἔριν & ἔριδα; Νέηλυς, Νεήλυδος Accuſ. Νέηλυν, & Νεήλυδα.

III. Nomina in αυς, & ους habent Accuſativum in αυν & υν, ut Γραῦς, Γραῦν; βῶς, βῶν: legimus tamen & βόα.

De Vocativo.

Vocativus ſimilis eſt Nominativo, ut ὦ Τίταν, ὦ ἱμὰς, ὦ τύπλων.

Exceptiones.

I. Formant Accuſativum ablato τος Genitivi nomina Barytona, quorum Genitivus eſt in αντος, οντος; ut ὁ Αἴας, Αἴαντος, ὦ Αἶαν; Λέων, λέοντος, ὦ λέον.

Poëtice dicitur ὦ Πολυδάμα, ὦ Ἀχάμα *ab* ὁ Πολυδάμας, ὁ Ἀχάμας, *quemadmodum* ὦ ἄνα *ab* ἄναξ.

In hac Exceptione non includuntur Participia, ut ὁ τύψας, αντος Voc. ὦ τύψας. N. ὁ τύπτων, οντος. Voc. ὦ τύπτων.

2. Item adiectiva Barytona in εις, ut ὁ χαρίεις, χαρίεντος. Voc. ὦ χαρίεν, atque etiam χαρίει. Ita ſubſtantivum Σιμόεις, Σιμόεντος; Voc. ὦ Σιμόεν.

Participia tamen in εις generalem Regulam ſequuntur, ut τυφθεὶς, έντος, Voc. ὦ τυφθείς.

II. Formant Vocativum, ablato ος Genitivi, nomina Barytona in ων, ονος, & ωρ, ορος; ut Νέςωρ, Νέςορος, Voc. ὦ Νέςορ; παντοκράτωρ, παντοκράτορος, Voc. ὦ παντοκράτορ; δαίμων, δαίμονος, ὦ δαῖμον.

Habent Vocativum in ον etiam nonnulla polyſyllaba in ων, quorum Genitivus eſt ωνος, ut Ποσειδᾶν, Ποσειδᾶνος. Voc. ὦ Πόσειδον.

2. Ita quoque adiectiva deſinentia in ην, ενος; & ας, ανος, ut τέρην, τέρενος, Voc. ὦ τέρεν; μέλας, μέλανος, Voc. ὦ μέλαν; τάλας, τάλανος, Voc. ὦ τάλαν.

III. Formant Accuſativum, abiecto σ Nominativi, nomina Barytona in ις & υς, ut ὄφις, ὦ ὄφι; Βότρυς, ὦ βότρυ; adiectiva Oxytona in υς, ut ὀξὺς, ὦ ὀξύ; Monoſyllaba in υς, ut μῦς, ὦ μῦ; δρῦς, ὦ δρῦ.

Apud Poëtas etiam nomina ſubſtantiva Acutitona in ις, ut Ἀμαρυλλὶς, ὦ Ἀμαρυλλί.

2 Item nomina deſinentia in ευς, & υς, ut βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ: βῦς, ὦ βῦ; πλακοῦς, ὦ πλακοῦ. Πῦς tamen, & ὀδὺς retinent in Vocativo σ: quod contingit quoque in Participiis omnibus, ut δὺς, γνύς.

3. Παῖς habet Vocativum ὦ παῖ. Eius tamen compoſita retinent σ, ut ὦ ἄπαις, ὦ εὔπαις.

IV. Gravitona in ηρ habent ερ in Vocativo, ut μήτηρ, ὦ μῆτερ: quod contingit etiam in quatuor Acutitonis πατὴρ, δαὴρ, σωτὴρ, ἀνὴρ; ὦ πάτερ, ὦ δάερ, ὦ σῶτερ, ὦ ἄνερ.

De

De reliquis Caſibus.

Nominativus, Accuſativus, & Vocativus Dualis formantur a Genitivo ſingulari, mutato ος in ε, ut τιτᾶνος, τιτᾶνε: Genitivus, & Dativus Dualis ab eodem caſu, mutato ος in οιν, ut τιτᾶνος, τιτάνοιν; λαμπάδος, λαμπάδοιν.

Pluralis Nominativus a ſingulari Genitivo mutato ος in ες, ſi nomina non fuerint Neutra; mutato autem ος in α, ſi nomina Neutra fuerint, ut λαμπάδος αἱ λαμπάδες; σώματος, τὰ σώματα.

Genitivus Pluralis ab eodem caſu mutato ος in ων, ut τῶν λαμπάδων, τῶν σωμάτων.

De Dativo Plurali.

I. Dativus Pluralis formari ſolet a Dativo ſingulari poſito σ ante ι; ut βότρυς, βότρυι, βότρυσι; λέξις, λέξει, λέξεσι; ἅλς, ἅλι, ἅλσι; σωτὴρ, σωτῆρι, σωτῆρσι; ῥήτωρ, ῥήτορι, ῥήτορσι.

Si ante ι Dativi ſingularis fuerint litterae δ, τ, θ, ν, ſeu ſingulae, ſeu binae, reiiciuntur; ut ἔριδι, ἔρισι; ὄρνιθι, ὄρνισι; τιτᾶνι, τιτᾶσι; τύψαντι, τύψασι.

Nomina, quae in Dativo ſingulari deſinunt in εντι, οντι, in Dativo plurali habent εισι, υσι; ut χαρίεις, χαρίεντι, χαρίεισι; λέων, λέοντι, λέυσι.

II. No-

II. Nomina, quae in Nom. Sing. desinunt in ξ, ψ, aut σ praecedente Diphthongo, Dativum pluralem desumunt a Nominativo Singulari, cui addunt tantummodo ι; ut Ἄραψ, τοῖς Ἄραψι; ἄναξ, τοῖς ἄναξι; βασιλεὺς, τοῖς βασιλεῦσι; βοῦς, τοῖς βοῦσι.

Tamen ὃς ὁτὸς *habet* ὡσὶ; πῦς, ποδὸς, ποσὶ: δρομεὺς, δρομεῦσι; υἱεὺς υἱέσι, *atque etiam* υἱᾶσι.

Nomina in ηρ, quae Syncopen patiuntur, habent Dativum pluralem in ασι; ut μήτηρ, μητρὸς, μητράσι; πατὴρ, πατράσι; ita ἀρὴν, ἀρνὸς, ἀρνάσι.

III. Dativo plurali additur ν sequenti vocali, ut Λέυσιν ἐκείνοις pro Λέυσι.

Ad hanc Declinationem spectat Pronomen ὃς in compositione cum adiectivo τις; quod ita inflectitur.

	M.	F.	N.
	Singularis	Singularis	Singularis
N.	ὅστις	ἥτις	ὅτι
G.	ὅτινος	ἧστινος	ὅτινος
D.	ὅτινι	ἧτινι	ὅτινι
A.	ὅντινα	ἥντινα	ὅτι
	Pluralis	Pluralis	Pluralis
N.	οἵτινες	αἵτινες	ἅτινα
G.	ὧντίνων	ὧντίνων	ὧντίνων
D.	οἷστισι	αἷστισι	οἷστισι
A.	ἅστινας	ἅστινας	ἅτινα

Eodem pacto inflectitur ὅστις ου, ἥτις ου, ὅτι ου.

Dicitur etiam in Sing. Genitivo ὅτου, in Dativo ὅτῳ, in Plurali Genitivo ὅτων, in Dativo ὅτοις. Ita quoque ὅτου ου, ὅτῳ ου; ὅτων ου, ὅτοις ου.

De

De Quinque Contractorum Nominum Declinationibus

CAPVT IV.

EX Quinta Simplicium oriuntur nomina *Contracta*; quae ita appellantur, quod in ipsis duae syllabae in unam contrahuntur. Id vero fit, aut per *Synaeresim* Συναίρεσιν, quum nempe duae vocales in Diphthongum contrahuntur, ut τείχεϊ τείχει; aut per *Crasim* Κρᾶσιν, quum ex duabus vocalibus, vel utraque, vel alterutra saltem abiicitur, ut τὰ τείχεα, τείχη; τῶν τειχέων, τειχῶν. Quinque autem sunt Contractorum Declinationes, quarum Paradigmata exhibemus.

Declinatio Prima

Complectitur nomina generis Masc., Fem., & Com. desinentia in ης, ut ὁ Δημοσθένης *Demosthenes*, ἡ τριήρης *triremis*, ὁ κ᾽ ἡ ἀληθὴς *verus*, *vera*: & Neutra in ες, atque ος, ut τὸ σαφὲς *manifestum*, τὸ τεῖχος *murus*. Ita vero inflectuntur, atque contrahuntur.

	Singularis	*contractum*	Singularis	*contractum*
N.	ὁ Δημοσθένης	Δημοσθένης	τὸ τεῖχος	τεῖχος
G.	τοῦ ενεος	Δημοσθένους	τοῦ εος	τείχους

D. τῷ

D.	τῷ	ενεϊ Δημοσθένει	τῷ	εϊ τείχει
A.	τὸν	ενεα Δημοσθένη	τὸ	ος τεῖχος
V.	ὦ	Δημόσθενες Δημόσθενες	ὦ	ος τεῖχος
		Dualis		Dualis
N.A.	τὼ	Δημοσθένεε Δημοσθένη	τὼ	τείχεε τείχη
G.D.	τοῖν	ενέοιν Δημοσθενοῖν	τοῖν	έοιν τειχοῖν
V.	ὦ	ένεε Δημοσθένη	ὦ	εε τείχη
		Pluralis		Pluralis
N.	οἱ	Δημοσθένεες Δημοσθένεις	τὰ	τείχεα τειχη
G.		έων Δημοσθενῶν	τῶν	έων τειχῶν
D.		εσι Δημοσθένεσι	τοῖς	εσι τείχεσι
A.		εας Δημοσθένεις	τὰ	εα τείχη
V.		εες Δημοσθένεις	τὰ	εα τείχη

Nomina, quae in Nominativo desinunt in ης purum, in Accusativo singulari contrahuntur non solum in η, verum etiam saepius in α; dicimus enim τὸν ὑγιᾶ, & ὑγιῆ ab ὁ ὑγιὴς *sanus*.

Quaedam huius Declinationis nomina propria casus nonnullos mutuantur a I. Simplicium: dicimus enim τὸν Ἀριστοφάνην, ὦ Ἀριστοφάνη; οἱ Ἀριστοφάναι, τὰς Ἀριστοφάνας, quum Nominativus sit ὁ Ἀριστοφάνης, ους. Id quoque contingit in adiectivis compositis ab ἔτος *annus*, ὁ ἑκταίτης, ους; τὰς ἑκταίτας &c.

1. *Nominativus &c. Dualis etiam in prosa reperitur saepe non contractus, ut τὼ συγγένει pro συγγένη. Ita quoque Genitivus Pluralis; legimus enim ἀνθέων, καρδίων, ὁρίων pro ἀνθῶν, καρδῶν &c.*

2. *Neutra quaedam in Nom. Accusat &c Duali contrahuntur etiam in ει, ut τὼ σκιλεῖ pro τὼ σκίλη.*

3. *Neutra, quorum Nominativus Sing. desinit in ως, in casibus pluralibus contrahuntur in α, ut τὸ χρέως τὰ χρέα, κλέος τὰ κλέα &c.*

4. *Nomina propria composita a κλέος habent duplicem Nominativum, nempe in ους, & ης; ita vero inflectuntur, atque contrahuntur.*

Sin-

	Singularis			Singularis
N.	ὁ Ἡρακλίης		Ἡρακλίης	Ἡρακλῆς
G.	τοῦ	ίεος	Ἡρακλίεος	Ἡρακλέους
D.	τῷ	ίεϊ	Ἡρακλίεϊ	Ἡρακλεῖ
A.	τὸν	ίεα	Ἡρακλίεα	Ἡρακλέα
V.	ὦ	ίες	Ἡράκλιες	Ἡράκλεις
	Dualis			Dualis
N. A.	τὼ	Ἡρακλίεε	Ἡρακλίε	Ἡρακλῆ
G. D.	τοῖν	ίεοιν	Ἡρακλίεοιν	Ἡρακλεοῖν
V.	ὦ	ίεε	Ἡρακλίεε	Ἡράκλεε
	Pluralis			Pluralis
N.	οἱ	Ἡρακλίεες	Ἡρακλίεις	Ἡρακλεῖς
G.		ίεων	Ἡρακλίεων	Ἡρακλέων
D.		ίεσι	Ἡρακλίεσι	Ἡρακλέσι
A.		ίεας	Ἡρακλίεις	Ἡρακλεῖς
V.		ίες	Ἡρακλίεις	Ἡρακλεῖς

Reperitur quoque Accuſat. Sing. τὸν Ἡρακλίην, Ἡρακλῆν; *Vocat.* ὦ Ἡρακλῆς, *&* Ἡρακλῆ; *Accuſ. Plur.* τὺς Ἡρακλέας,

Secunda Declinatio

Continet nomina in ις generis Maſc. Fem. & Com. ut ὁ ὄφις *Serpens*, ἡ λέξις *dictio*, ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις *hic & haec patriae amans*; & neutra in ι, ut τὸ σίναπι *ſinapi*. In inflexione communi, ſeu Ionica habet Genitivum ιος; in inflexione Attica, quae uſitatior eſt, habet Genitivum in εως.

In-

Inflexio Communis

Singularis			Singularis		
		contractum			*contractum*
N.	ὁ ὄφις	ὄφις	N.	τὸ σίνηπι	σίνηπι
G.	τοῦ ιος	ὄφιος	G.	τοῦ ιος	σινήπιος
D.	τῷ ι	ὄφι	D.	τῷ ι	σινήπι
A.	τὸν ιν	ὄφιν	A.	τὸ ι	σίνηπι
V.	ὦ ι	ὄφι	V.	τὸ ι	σίνηπι
Dualis			**Dualis**		
N. A.	τὼ ὄφιε	ὄφι	N. A.	τὼ σινήπιε	σινήπι
G. D.	τοῖν ιοιν	ὀφίοιν	G. D.	τοῖν ιειν	σινεπίοιν
V.	ὦ ιε	ὄφι	V.	ὦ ιε	σινήπι
Pluralis			**Pluralis**		
N.	οἱ ὄφιες	ὄφις	N.	τὰ σινήπια	σινήπι
G.	τῶν ιων	ὀφίων	G.	τῶν ιων	σινηπίων
D.	τοῖς ισι	ὄφισι	D.	τοῖς ισι	σινήπισι
A.	τὰς ιας	ὄφις	A.	τὰ ια	σινήπι
V.	ὦ ιες	ὄφις	V.	ὦ ια	σινήπι

Ad hanc Declinationis huiuſce inflexionem revocantur a nonnullis nomina quaedam Maſculina in υς, υος; & Neutra in υ, υος, ut ὁ βότρυς racemus, *τὸ μέθυ* vinum. *In illis enim caſus Plurales ſunt οἱ βότρυες βότρυς, τῶν βοτρύων, τοῖς βότρυσι, τὰς βότρυας βότρυς, ὦ βότρυες βότρυς.*

In Neutris autem pluralis numeri caſus ſunt τὰ μέθυα μέθυ, τῶν μεθύων, τοῖς μέθυσι, τὰ μέθυα μεθυ, ὦ μέθυα μέθυ.

In-

Inflexio Attica uſitatior.

	Singularis			Singularis	
		contractum			*contractum*
N.	ὁ ὄφις	ὄφις	N.	τὸ σίνηπι	σίνηπι
G.	τοῦ εως	ὄφεως	G.	τοῦ εως	σινήπεως
D.	τῷ εῖ	ὄφει	D.	τῷ εῖ	σινήπει
A.	τὸν ιν	ὄφιν	A.	τὸ ι	σίνηπι
V.	ὦ ι	ὄφι	V.	ὦ ι	σίνηπι
	Dualis			Dualis	
N. A.	τὼ ὄφεε	ὄφη	N.A.	τὼ σινήπεε	σινήπη
G. D.	τοῖν έοιν	ὄφεῳν	G.D.	τοῖν έοιν	σινήπεῳν
V.	ὦ εε	ὄφη	V.	ὦ εε	σινήπη
	Pluralis			Pluralis	
N.	οἱ ὄφεες	ὄφεις	N.	τὰ σινήπεα	σινήπη
G.	τῶν έων	ὄφεων	G.	τῶν έων	σινήπεων
D.	τοῖς εσι	ὄφεσι	D.	τοῖς εσι	σινήπεσι
A.	τὰς εας	ὄφεις	A.	τὰ εα	σινήπη
V.	ὦ εες	ὄφεις	V.	ὦ εα	σινήπη

Ad hanc inflexionem revocari poſſunt adiectiva in υς, ως, ut ἡδύς ἡδίος dulcis. *Dativus enim Singularis eſt ἡδεῖ pro ἡδεῖι; in Plurali vero numero Nominativus, Accuſativus, & Vocativus ita contrahuntur: οἱ ἡδέες ἡδεῖς, τὰς ἡδέας ἡδεῖς; ὦ ἡδέες ἡδεῖς.*

Item Neutra in υ, υος, ut ἄστυ ἄστιος urbs, *Dat τῷ ἄστεϊ ἄστει, Nom. Pl. τὰ ἄστεα ἄστη, Ac. τὰ ἄστεα ἄστη, Voc. ὦ ἄστεα ἄστη.*

Tertia Declinatio

Complectitur nomina Maſculini tantummodo generis deſinentia in *ευς*, ut *Βασιλεὺς Rex:* quae ita inflectuntur, & contrahuntur. Sin-

Singularis

N.	ὁ βασιλεὺς	Βασιλεὺς	
G.	τοῦ ἑος	Βασιλέος	frequentius Βασιλέως
D.	τῷ ἑι	Βασιλεῖ	
A.	τὸν ἑα	Βασιλέα	
V.	ὦ εῦ	Βασιλεῦ	

Dualis

N. A.	τὼ	Βασιλέε	Βασιλέε
G. D.	τοῖν	ἑοιν	Βασιλέοιν
V.	ὦ	ἑε	Βασιλέε

Pluralis

N.	οἱ	Βασιλέες	Βασιλεῖς
G.	τῶν	ἑων	Βασιλέων
D.	τοῖς	εῦσι	Βασιλεῦσι
A.	τοὺς	ἑας	Βασιλεῖς
V.	ὦ	ἑες	Βασιλεῖς

Nonnulli contrahunt in Accuſativo Singulari ἑα in ᾶ, ut τὸν Βασιλέα Βασιλᾶ.

Nomina, quae ante ως Genitivi habent vocalem aut diphthongum, contrahunt Genitivum ἑως in οῦς, Accuſativum ἑα in ᾶ, & nonnumquam Pluralem etiam Accuſativum ἑας in ᾶς, ut ὁ πειραιεὺς, τοῦ πειραιέως πειραιῶς; τὸν πειραιέα πειραᾶ; ὁ Δαριεὺς, τοὺς Δαριέας Δαριᾶς.

Quarta Declinatio

Comprehendit nomina tantummodo feminina, imo plerumque propria mulierum, deſinentia in ω, & ως, ut ἡ Λητὼ *Latona*, ἡ αἰδὼς *verecundia*.

Sin-

	Singularis			Singularis		
			contractum			*contractum*
N.	ἡ	Λητὼ	Λητὼ	ἦ	ἀιδὼς	ἀιδώς
G.	τῆς	ὁος	Λητοῦς	τῆς	ὁος	ἀιδοῦς
D.	τῇ	ὁϊ	Λητοῖ	τῇ	ὁϊ	ἀιδοῖ
A.	τὴν	ὁα	Λητὼ	τὴν	ὁα	ἀιδώ
V.	ὦ	οῖ	Λητοῖ	ὦ	οῖ	ἀιδοῖ
	Dualis			Dualis		
N. A.	τὰ		Λητὼ	N. A.	τὰ	ἀιδώ
G. D.	ταῖν		Λητοῖν	G. D.	ταῖν	ἀιδοῖν
V.	ὦ		Λητὼ	V.	ὦ	ἀιδώ
	Pluralis			Pluralis		
			contractum			*contractum*
N.	αἱ		Λητοὶ	N.	αἱ	ἀιδοί
G.	τῶν		Λητῶν	G.	τῶν	ἀιδῶν
D.	ταῖς		Λητοῖς	D.	ταῖς	ἀιδοῖς
A.	τὰς		Λητοὺς	A.	τὰς	ἀιδούς
V.	ὦ		Λητοὶ	V.	ὦ	ἀιδοί

Reperitur Nom. Plural. Κλώθις *pro* Κλώθες *a Singulari Nominativo* Κλώθ.

Quinta Declinatio

Complectitur nomina Neutrius generis desinentia in *ας* purum, aut *ρας*, ut τὸ κρέας *caro*, τὸ κέρας *cornu*. Horum autem triplex est inflexio.

	Communis		Ionica		Attica	
	Singularis		Singularis		Singularis	
N.	τὸ	κρέας	τὸ	κρέας	τὸ	κρέας
G.	τοῦ	κρέατος	τοῦ	κρέαος	τοῦ	κρέως
D.	τῷ	κρέατι	τῷ	κρέαϊ	τῷ	κρέᾳ

A.	τὸ χρέας	τὸ χρέας	τὸ χρέας
V.	ὦ χρέας	ὦ χρέας	ὦ χρέας
	Dualis	Dualis	Dualis
N.A.	τὼ χρέατε	τὼ χρέαε	τὼ χρέα
G.D.	τοῖν χρεάτοιν	τοῖν χρεάοιν	τοῖν χρέων
V.	ὦ χρέατε	ὦ χρέαε	ὦ χρέα
	Pluralis	Pluralis	Pluralis
N.	τὰ χρέατα	τὰ χρέαα	τὰ χρέα
G.	τῶν χρεάτων	τῶν χρεάων	τῶν χρεῶν
D.	τοῖς χρέασι	τοῖς χρέασι	τοῖς χρέασι
A.	τὰ χρέατα	τὰ χρέατα	τὰ χρέα
V.	ὦ χρέατα	ὦ χρέαα	ὦ χρέα

De Nominibus aliis, quae peculiari modo contrahuntur

CAPVT V.

TRiplicis generis ſunt Contracta Nomina: alia nempe ὁλοπαθῆ, quae in caſibus *omnibus* contrahuntur; cuiuſmodi ſunt ea, de quibus egimus in Exceptionibus I. II. III. Simplicium, & I. Contractorum. 2. Alia πολυπαθῆ, quae in *pluribus* caſibus contractionem patiuntur, ad quam claſſem pertinent Nomina I. IV. & V. Contractorum. 3. Alia demum ὀλιγοπαθῆ quae in *aliquibus paucis* tantum caſibus contrahuntur, quemadmodum ea, quae in II. & III. Contractorum exhibuimus.

Verum, praeter Contracta Nomina ſuperius a nobis allata, plura quoque alia ſunt ad V. Simplicium ſpectantia, quae paullo accuratius ſunt hic exponenda, quod & multa numero ſunt, & nimis peculiare contractionis genus patiuntur.

Itaque 1. ad ὁλοπαθῆ revocari poſſunt contracta

in ᾶς ex άις, ut ἀλλάις ἀλλᾶς *botellus*, ἀλλᾶντος, ᾶντι &c.

in ᾳς ex αἰς, ut δαὶς δᾷς *fax*, δᾳδός, δαδί &c.

in ᾶς ex άας, ut κράας κρᾶς *caput*, κρατὸς, κρατί; ita quoque λᾶας λᾶς *lapis*, λάαος λᾶος, λᾶϊ &c.

in

in ῆς ex ήις, ut τιμήεις τιμῆς *honoratus* τιμῆντος, ῆντι &c.
in οῦς ex όεις, ut πλακόεις πλακοῦς *placenta* πλακοῦντος, οῦντι &c.
in ῆρ ex εαρ, ut κέαρ κῆρ *cor* κῆρος, κῆρι &c
in ὼν ex εὼν, ut κενεὼν κενῶν *venter* κενῶνος κενῶνι &c.

Nomen quoque ὄις *ovis* in casibus omnibus ita contrahitur ὄις, ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν; ὄϊε, ὄϊοιν; ὄϊες, ὄϊας, ὄϊσι, ὄϊας, ὄϊες
οῖς, οἷος, οἱ, οἶν; οἷε, οἷοιν; οἷς, οἷαν, οἷσι, οἷς, οἷς

2 Ad πολυπαθῆ revocanda sunt nomina quaedam desinentia in ηρ, quae syncopen in pluribus casibus patiuntur, ut

Μήτηρ *Mater*, Μητρὸς, Μητρὶ, Μητέρα, Μῆτερ
Πατηρ *Pater*, Πατρὸς, Πατρὶ, Πατέρα, Πάτερ
Γαστηρ *Venter*, γαστρὸς, γαστρὶ, γαστέρα, γαστήρ

I. Quaedam Verba Paſſivam tantummodo, aut Mediam inflexionem habent, voce autem Activa prorſus carent Idcirco, qui in Thematis inveſtigatione ad Praeſens Activum aſcendit, ipſumque in Lexico deinde non reperit; ex ficto eiuſmodi activo Themate Praeſens Paſſivum efformet, quod in Lexico inveniet.

II. In Verbis praeſertim Barytonis Tempora unius Coniugationis a ſimilibus aliarum Coniugationum Temporibus ſolius Characteriſticae litterae praeſidio diſtinguuntur, ut Perfectum I. γέγραφα. II. λέλοιχα. III. πέπεικα. Quum autem Characteriſticae quaedam variis Coniugationibus communes ſint, hinc difficultas aliqua in inveſtigando Themate nonnumquam reperitur, quemadmodum patet ex ſequentibus exemplis Futurum I. Coniugat. III. πείσω, IV. φράσω, VI. ἀκούσω. Perf. III. πέπεικα, IV. πέφρακα, V. κέκρικα, VI. ἤκουκα. Vt vero Tyrones in Themate inveſtigando expeditiores eſſe poſſint, ſimilia Tempora iiſdem praedita Characteriſticis in ſubiecto ſchemate exhibentur; ordo autem quo recenſentur deſumitur ex frequentiori uſu, qui oritur ex maiori multitudine Verborum, quae in variis Coniugationibus continentur.

Fut

	Fut.	Aor. I.	Perf.	Perf. Paſſ.	Aor. I. Paſſ.
Coni. I.	λίξω,	ἔλιξα,	λέλιχα,	λέλιγμαι,	ἐλίχθην.
IV.	ὀρύξω,	ὤρυξα,	ὤρυχα,	ὤρυγμαι,	ὠρύχθην.

	Fut.	Aor. I.	Perf.	P. Paſs	Aor. I. Paſs.
VI.	ἀκέσω,	ἤκεσα,	ἤκεκα,	ἤκεσμαι,	ἠκέσθην.
IV.	φράσω,	ἔφρασα,	πέφρακα,	πέφρασμαι,	ἐφράσθην,
III.	πλήσω,	ἔπλησα,	πέπληκα,	πέπλησμαι,	ἐπλήσθην.
V.			κέκρικα.		

III. Pleraque ex Verbis illis, quae ante Characteriſticam Futuri, aut Perfecti habent η vel ω ſunt Circumflexa: ideoque quotieſcumque Tempora haec ita efformata reperiuntur, Thema ſequenti ordine inveſtigandum eſt.

	Fut.	Aor. I.	Perf.	Perf. Paſs.	Aor. I. Paſs.
I. Circumf.	φιλήσω,	ἐφίλησα,	πεφίληκα,	πεφίλημαι,	ἐφιλήθην.
II. Circ.	τιμήσω,	ἐτίμησα,	τετίμηκα,	τετίμημαι,	ἐτιμήθην.
V. Baryt.			τεθνήκα,	τεθνήμαι,	ἐτεθνήθην.

III. Circ.	χρυσόω,	ἐχρύσωσα	κεχρύσωκα,	κεχρύσωμαι,	ἐχρυσώθην.
III. Baryt.	κλώσω,	ἔκλωσα,	κέκλωκα,	κέκλωσμαι,	ἐκλώσθην.

IV. Futurum I., Aor. I., Praet. Perfectum Activum, atque alia Tempora quae hinc oriuntur, in Verbis in μι trium priorum Coniugationum ſimillima ſunt Futuro, Aoriſto, & Praeterito Verborum Circumflexorum. Igitur qui repererit ex. cauſſa τῆσας, δώσω, θηκαίμην, Thema inquirens iuxta expoſitas leges, deveniet ad τάω, δόω, θέω.

Quum autem Verba haec in Lexico non inveniantur, a Circumflexis ſecundum leges Pag. 130. traditas efformare debet Verba in μι ἵστημι, δίδωμι, τίθημι, quae in Lexico procul dubio reperiet.

Longe diverſa eſt inveſtigandi Thematis ratio in Verbis illis Anomalis de quibus Pag. 159. diſſeruimus. Quum enim in eiuſmodi Verbis varia Tempora, aut nullo modo oriantur a Praeſenti, quod eſt in uſu, aut ſaltem irregulariter inde formentur, hinc inuti-

tiles fere nonnumquam videntur in Verbis ipſis leges, quae hactenus traditae fuerunt. Etenim qui legit ἔτρωσα ad Thema τρόω alcendit, quod in Lexico non reperitur, quum Aoriſti huius ἔτρωσα uſitatum Praeſens ſit τιτρώσκω: qui legit δεδράμηκα putat Thema eſſe δραμέω, aut δρέμω: quum tamen uſitatum Perfecti huius Thema ſit τρέχω.

Ne itaque Tyrones in inveſtigando Anomalorum Verborum Themate aut nimis, aut inutiliter laborent, quodcumque Themata ipſis obverſatum fuerit, ſecundum univerſales leges illius Themata efforment. Erit quidem Thema hoc plerumque inuſitatum, ſaepe etiam fictum omnino; non tamen id obeſſe Tyronibus poterit, dummodo conſulere voluerint ſequentem Verborum Indicem, in cuius prima ſerie reperiuntur Themata inuſitata, aut ficta, in altera vero ſerie continentur uſitata Themata illa, quae inuſitatis, aut fictis reſpondent, & quae in Lexico ſunt inquirenda.

Verborum Anomalorum Themata

Inuſitata, aut ficta.	Vſitata.
ἀγάομαι, & ἀγάζομαι,	ἄγαμαι.
ἄγω *frango*,	ἀγνύω, & ἄγνυμι.
ἀδέω,	ἄδω, & ἀοιδάω.
ἀισθέομαι,	ἀισθάνομαι.
ἀλδέω,	ἀλδήσκω.
ἀλέω,	ἀλιδέω.
ἀλίω, & ἄλωμι,	ἀλίσκω.
ἀλφάω,	ἀλφαίνω, & ἀλφάω.
ἀμαρτέω,	ἀμαρτάνω.
ἀμβλόω,	ἀμβλήσκω, ἀμβλισκάω, & ἀμβλάσκω.
ἀμφιέω,	ἀμφιέννυμι, ἀμφιεννύω, & ἀμφίσκω.
ἀναλέω,	ἀναλίσκω.
ἀρέω,	ἀρέσκω.
ἀυξέω,	ἄυξω, ἀυξάνω.
ἀχθέομαι,	ἄχθομαι.
βάω,	βαίνω, poetice βιβάω, & βιβημι.
βιάμι,	βιόω & βιώσκω.
βλασθέω,	βλαστάνω.
βλέω,	βάλλω.
βλόω, & βλῶμι,	βλώσκω.
βουλέομαι,	βέλομαι.

βρέω,

Inusitata, aut ficta.	Vsitata.
βόω,	βόσκω.
βρίω, & βρῶμι,	βρώσκω & βιβρώσκω.
γάμω,	γαμέω.
γίνομαι, & γιγνομαι,	γίνομαι, seu γίγνομαι.
γήρημι,	γηράω, & γηράσκω.
γνίω	γιγνώσκω, seu γινώσκω.
δαίω,	δαίω *disco*.
δάζομαι,	δαίω *divido*.
δαρθίω,	δαρθάνω.
δίεμαι,	δίομαι.
δείκω,	δεικνύω, & δείκνυμι.
δήκω,	δάκνω.
διδάχω,	διδάσκω.
δμίω,	δέμω.
δόκω,	δοκέω.
δόω,	δίδωμι.
δραμέω, & δρέμω,	τρέχω.
δράω *fugio*,	διδράσκω, & δίδρημι.
δυήσομαι,	δυνάμαι.
δύω & δέμι,	δύνω, & διδύσκω.
ἐθελέω,	ἐθέλω.
εἰδέω, & εἴδημι,	οἶδα, vel ἐπίσταμαι.
εἴζω,	ἀγορεύω.
εἶω *eo*,	εἶμι.
εἵω *mitto*,	ἵημι.
ἑλάω,	ἐλαύνω.
ἐλεύθω,	ἔρχομαι.
ἕλω ſ ἕλλω,	αἱρέω.
ἐνεγκω,) ἐνείκω,) ἐνίκω,)	φέρω.
ἐνισπέω,	ἐνίσπω *poëtice*.
ἐομαι,	ἧμαι.
ἔκω,	ἀγορεύω, *poëtice* ἔσκω.
ἐρέομαι,	ἔρομαι.
ἐρέω,	ἀγορεύω.
ἐρρέω,	ἔρρω.
ἕσημι,	ἵσταμαι.
ἑυρέω,	ἑυρίσκω.
ἐχθέομαι,	ἔχθομαι, & ἐχθάρομαι.
ἑψέω,	ἕψω.
ἴω, *eo*,	εἶμι.
ἴω *ſum*,	εἰμί.
ἴω *induo*,	ἐνδύνω & ἐνδύω.
ἴω *mitto*	ἵημι.
ἴω *colloco*,	ἵστημι, ἵζω & ἱζω.
ζεύγω,	ζευγνύω & ζευγνύμι.
ζόω *cingo*,	ζωννύω & ζώννυμι.
θελέω,	θέλω.
θέω *pono*,	τίθημι.
θνέω,	θνήσκω.
θορέω,	θράσκω.
ἰδρόω,	ἱδρύνω.
ἰζέω,	ἱζάνω.
ἰθύω,	ἰθύνω.
ἵκομαι,	ἱκνέομαι.
ἰλάομαι,	ἱλάσκομαι.
ἴσχημι,	ἴσχω, & ἔχω.
κιομαι,	κιῶμαι.
κικράγω,	κράζω.
κιλέομαι,	κέλομαι.
κίομαι,	κιῶμαι.
κερδέω,	κερδαίνω.
κιχέω,	κιχάνω, *poët.*
κλέω,	καλέω, & κικλήσκω.
κλῦμι,	κλίνω.
κμέω,	κάμνω.

Inusitata, aut ficta.	Usitata.
κορέω,	κορέννυμι, & κορεννύω,
κράω,	κικράω, κερανύω, & κεράννυμι.
κρέμομαι,	κρέμαμαι, & κρεμάομαι.
λαβέω, & λήβω,	λαμβάνω.
λαθέω, & λήθω,	λανθάνω.
λήχω,	λαγχάνω.
μαθέω,	μανθάνω.
μαχέομαι.	μάχομαι.
μελέομαι,	μέλομαι.
μιλέω,	μέλω.
μήθω,	μανθάνω.
μίγω,	μιγνύω, μίγνυμι, & μίσγω.
μνάω,	μιμνήσκω.
μόργω,	μοργνύω, & μόργνυμι.
νεμέω,	νέμω.
ὀζέω,	ὄζω.
οἰέομαι,	οἴομαι, & οἶμαι.
οἰχέομαι,	οἴχομαι.
οἴω,	φέρω.
ὀλισθέω,	ὀλισθαίνω.
ὄλλω, & ὀλέω,	ὀλλύω, & ὄλλυμι.
ὀμόργω,	ὀμοργνύω, & ὀμόργνυμι.
ὀμόω,	ὀμνύω, & ὄμνυμι.
ὀνάω,	ὀνίημι.
ὄπτομαι,	ὀπτάνω.
ὄρω moveo,	ὀρίνω.
ὀσφράομαι,	ὀσφραίνομαι.
ὀφειλέω,	ὀφείλω.
ὀφλέω,	ὀφλάνω, & ὀφλισκάνω.
πᾰθέω,	πάσχω.

Inusitata, aut ficta.	Usitata.
παρδέω,	πέρδω.
πέπτω,	πέσσω, seu πέττω.
πεσέω,	πέπτω.
πετάω,	πεταννύω, & πετάννυμι.
πέτω,	πέπτω
πεύθομαι,	πυνθάνομαι.
πήθω,	πάσχω.
πίω, & πῖμι,	πίνω, & πιπίσκω.
πλάω,	πιπλάω, πίπλημι, & πλήθω.
πλόω, & πλῶμι,	πλέω.
πόω,	πίνω
πράω vendo,	πιπράσκω.
πράω uro.	πιπράω, & πίπρημι.
πρίημι,	πρίαμαι.
πτάομαι,	ἵπταμαι,
πτάρνομαι,	πτάρνυμαι.
πῶμι,	πίνω.
ῥέω ex ἐρέω,	ἀγορεύω.
ῥήγω,	ῥήσσω, ῥαγνύω, & ῥήγνυμι.
ῥόω,	ῥωννύω, vel ῥώννυμι.
ῥυέω, & ῥύημι,	ῥέω.
σβέω, & σβῆμι,	σβέννυμι.
σκλάω, & σκλῆμι,	σκάλλω, f. σκίλλω.
σόω,	σώζω,
σπειδέω,	σπένδω.
σάω,	ἰσάω, ἰσάνω, ἵσημι.
σιρέω,	σιρίσκω.
σορέω.	σορεννύω, & σορέννυμι.
σρόω,	σρωννύω, & σρώγνυμι.

συ-

Inusitata. aut ficta.	Vsitata.
συνίω,	συνίημι, & συνιῶ,
σχίω, & σχῆμι,	ἴσχω, & ἴχω.
ταω,	τιταίνω.
τιθημι,	θήσκω.
τικω,	τίκτω.
τιτλημι,	ὑπομένω.
τυγχω *poët.*	τυγχάνω.
τω,	τίνω, τινύω, & τίνυμι.
τλάω,	ὑπομένω.
τμάω, & τμήγω,	τεμνω.
τράω,	τιτραίνω, τιτράω, τιτραίνω, & τίτρημι.
τρόω, & τρῶμι,	τιτράσκω.
τυχιω,	τυγχάνω, & τεύχω.

Inusitata, aut ficta.	Vsitata.
ὑποσχίομαι,	ὑπισχνέομαι.
φάω,	φάσκω, & φημί.
φηγω, & φάγω,	ἐσθίω, & τρώγω.
φθάω, & φθῆμι,	φθάνω.
φθίω,	φθίνω.
φριω, & φρῆμι,	φέρω.
φῦμι,	φυω.
φώγω, & φώζω,	φωγνύω, & φώγνυμι *torreo*.
χαιρίω, & χαρίω,	χαίρω.
χόω,	χαννύω, & χώννυμι.
χράω,	κιχράω, & κίχρημι,
χρόω,	χραννύω, & χρώννυμι.
Ὠθω,	ὤθιω.

Ad Anomala Verba intelligenda Tyrones hoc Indice contenti esse possent, quum ipsius praesidio Anomali cuiuslibet Thema reperire possint. Ne tamen Dictionaria illi semper evolvere cogantur, & ne ab aliorum Grammaticorum exemplo nos in hoc recedamus; breve quoddam veluti Lexicon continens Anomala Verba illa, quae frequentius occurrunt, secundum Alphabeticam Thematum usitatorum seriem disposita, hoc loco subiicimus.

A

1. Ἄγαμαι (poët. ἀγάαμαι) *miror*. Fut. Med. ἀγάσομαι. Aor. I. Med. ἠγασάμην; Aor. I. Pass ἠγάσθην ab ἀγάζομαι.

2. Ἄγνυμι *frango*; Fut. I. ἄξω; Aor. I. ἦξα, vel ἔαξα; Praet. ἦχα vel ἔαχα; Praet. Pass. ἦγμαι vel ἔαγμαι; Aor. II. ἦγον vel ἔαγον; Praet. Med. ἦγα vel ἔαγα; Aor. II. Pass. ἤγην vel ἐάγην.

3. Ἀγορεύω *dico*, *concionor*; Fut. ἀγορεύσω; Aor. I. ἠγόρευσα; Perf. εἴρηκα ab εἴρω.

4. Ἄδω *placeo*; Praet. Med. ᾆδα, vel ἔαδα: Part. ἑαδώς.

5. Αἱρῶ *Capio*; Fut. ἀιρήσω; Aor. II. εἷλον, ab ἕλω inusitato.

6. Αἱρέομαι *eligo*: Fut. αἱρήσομαι; Per. ᾕρημαι; Aor. I. ᾑρέθην; Aor. II. Med. εἱλόμην ab ἕλομαι inusitato.

7. Αἰσθάνομαι *ſentio*; Fut ἀισθήσομαι; Perf. ἴσθημαι; Aor. II. Med. ἐσθόμην ab αἰσθέομαι inuſitato.

8. Αἴρω *tollo*; Fut. ἀρῶ; Aor. I ἦρα vel ἤρα; Aor. II. ἦρον; Perf. ἦρκα; Perf Paſſ. ἦρμαι; Pluſq. Paſs. ἤρμην &c. Aor. I. & II. extra Indicativum retinent ſolum α initio, nec repetunt αι: ita ἆρον *tolle*; ἄρῃς *tollas*; ἄρας *qui ſuſtulit*. Praet Med. ἦρα, Attice ἄρηρα.

9. Ἀλίξω *opitulor*; Fut. ἀλιξήσω ab ἀλιξέω inuſitato.

10 Ἁλίσκομαι *capior*; Fut. ἁλώσομαι; Praet ἥλωκα, & ἑάλωκα; Aor. I ἥλωσα, & ἑάλωσα ab ἁλόω; Aor. II. ἅλων, ἅλως, ἅλω, & ἑάλων &c Aor. II. Infinit. ἁλῶναι; Part. ἁλὼς ab ἅλωμι.

11. Ἁμαρτάνω *pecco*; Fut ἁμαρτήσω; Praet. ἡμάρτηκα; Aor. II. ἥμαρτον ab ἁμαρτέω inuſitato.

12. Ἀμφιεννυμι & Ἀμφίεμαι *induo*; Fut. ἀμφιέσω, poëtice ἀμφιέσσω; Praet. Paſſ. ἠμφίεσμαι, & ἠμφίεμαι, unde Particip. ἠμφιεσμένος, & ἠμφιεμένος.

13. Ἀναίνομαι *renuo*, Perf. ἀνήνημαι; Aor. I. Med. ἀνηνάμην.

14. Ἀναλίσκω *conſumo*; Fut. ἀναλώσω; Praet. ἀνήλωκα, & ἀνάλωκα; Praet. Paſſ ἀνηλωμαι,

15. Ἀνοίγω *aperio*; Fut. ἀνοίξω: Aor. I. ἀνέῳξα; Perf. Paſs. ἀνέῳγμαι; Aor. I ἀνεῴχθω, vel ἀνοίχθη: Praet. Med. ἀνέῳγα, vel ἀνῴγα, vel ἠνέῳγα.

16. Ἀναγινώσκω *lego*; Imperf. ἀνεγίνωσκον; Fut. ἀναγνώσομαι; Praet. ἀνέγνωκα, Aor. II. ἀνέγνων ab ἀναγνόω, & ἀνάγνωμι *inuſitato*.

17. Ἀπαυράω *privo*; Aor. I. ἀπῦρα; Aor. II. ἀπϋρον.

18. Ἀπέσκληκα *indurui*, Part. ἀπεσκληκώς, Infinit. ἀπεσκληκέναι ab ἀποσκλάω inuſitato; Optat. ἀποσκλαίην ab ἀπόσκλημι; Praeteritum ſimplex eſt ἔσκληκα; Aor. II ἔσκλην a σκλῆμι. Thema uſitatum eſt σκέλλω, ſeu σκάλλω *exſicco*, *arefacio*; Fut. σκαλῶ; Aor. I. ἔσκαλα, & ἔσκηλα; unde Aoriſtus I. Aeolicus σκήλεια, σκήλειας, σκήλειε.

19. Ἀπέχθάνομαι *odio ſum*; Fut. ἀπεχθήσομαι; Praet. ἀπήχθημαι; Aor II. med ἀπεχθόμην ab ἀπεχθέομαι inuſitato.

20. Ἀπολλύω, & ἀπόλλυμι *perdo*; Fut. ἀπολῶ ab ἀπόλλω, & ἀπολέσω ab ἀπολέω; Praet. ἀπώλεκα, Attice ἀπολώλεκα; Praet. Med. Att. ἀπόλωλα.

21. Ἀποτέμνω *abſcindo*; Fut. ἀποτεμῶ, & ἀποτεμέω ab ἀποτεμοέω inuſitato; Aor. II. ἀπέτεμον.

22. Ἀρέσκω *placeo*; Fut. ἀρέσω; Aor. I. ἤρεσα; Fut. Med. ἀρέσομαι ab ἀρέω inuſitato.

23.

23. Αὐξάνω & ἀύξω *augeo*; Fut. ἀυξήσω; Aor. I. ἠύξησα tanquam ab ἀυξέω.

24. Ἄχθομαι *aegre fero*; Fut. ἀχθήσομαι, & ἀχθέσομαι ab ἀχθέομαι inusitato; Aor. I. ἠχθέσθην.

B

1. Βαίνω *Vado*; Fut. βήσομαι a βάω; Aor. II. ἔβην a βῆμι inusitato

2. Βάλλω *iacio*; Fut. βαλῶ; poëtice βαλλήσω tanquam a βαλλέω: Perf. βέβληκα; Perf. Pass. βέβλημαι, unde Aor. I. Pass. ἐβλήθην tanquam a βλέω: Aor. 2. Act ἔβαλον.

3. Βιόω *vivo*; Fut. βιώσω, & βιώσομαι; Aor. II ἐβίων, ἐβίως, ἐβίω tanquam a βιῶμι, unde Imperat. βίωθι, Optat. βιοίην & βιώην; Infinit. βιῶναι, Part.c. βιούς.

4. Βλαστάνω *germino*, *prolisco*; Fut. βλαστήσω; Aor. I. ἐβλάστησα; Aor. II. ἔβλαστον a βλαστέω *inusitato*.

5. Βρώσκω vel βιβρώσκω; Fut. βρώσω; Aor. I. ἔβρωσα a βρόω inusitato.

6. Βούλομαι *volo*, *vis*. Fut. βουλήσομαι; Praet. βεβούλημαι; Plusq. ἐβεβουλήμην; Aor. I. ἐβουλήθην, tamquam a βουλέομαι inusitato.

Γ

1. Γαμέω *nubo*, *uxorem duco*; Fut. γαμήσω; Aor. I. ἔγημα ab inusitato γάμω, & ἐγάμησα; Infinit. γῆμαι.

2. Γίνομαι *gigno*; Fut. γενοῦμαι; Aor I. Med. ἐγενάμην. Reperitur etiam Aor. I Act. ἐγέννησα, Med. ἐγεννησάμην, unde per sync. ἐγένατο, & ablato augmento γένατο a γενάω.

3. Γαθέω *gaudeo*; Praet Med. γέγηθα tanquam a γήθω.

4. Γηράσκω *senesco*; Fut γηράσω a γηράω inusitato.

5 Γίγνομαι, & γίνομαι *fio*, *fum*; Fut. γενήσομαι; Praet. γεγένημαι: Aor. I. Med. ἐγεννησάμην; Aor. II. ἐγενόμην velut a γενέομαι inusitato. Praet. Med γέγονα a γείνω inusitato.

6. Γινώσκω *cognosco*; Fut γνώσομαι; Praet. ἔγνωκα ab inusitato γνόω; Aor. II. ἔγνων a γνῶμι; unde etiam Imperat. γνῶθι; Infinit. γνῶναι, Particip. γνούς.

7. Γρηγορέω *vigilo*; Fut. γρηγορήσω; Praet. Med. ἐγρήγορα; Pluſq. ἐγρηγόρειν.

Δ

1. Δαίω *Scio*, & *Divido*; Fut. δαήσω a δαίω, unde Praet. Pass.

διδάημαι; Praet. Paſſ etiam δίδασμαι a δάζομαι. Aor. II. ἰδάην; Praet. Med. δίδαα & δίδηα.

2. Δάκνω *mordeo*. Fut. δήξω, vel δήξομαι; Aor. II. ἔδακον a δήκω.

3. Δαρθάνω *dormio*; Fut. δαρθήσομαι veluti a δαρθέω.

4. Δείδω *timeo*; Fut δείσω; Praet. δίδοικα; Praet Med. δίδοικα pro δεδοικα, Ionice δίδια, Poëtice δείδια; Pluſq ἰδιδίειν. Imperat. δίδιθι ab inuſitato δίδιμι.

5. Δέομαι *rogo*; Fut. δήσομαι; Praet. δεδέημαι; Aor. I. ἐδεήθην a δεέομαι.

6. Διδάσκω *doceo*; Fut. διδάξω; Aor. I. ἐδίδαξα; Praet. δεδίδαχα ab inuſit δεδάχω.

7. Διδράσκω *aufugio*; Fut. διδράσω a διδράω; Aor. II. δίδραν pro διέδρην; Particip. διαδρᾶς a διάδρημι.

8 Δοκέω *exiſtimo*; Fut. δόξω; Aor I. ἔδοξα ab inuſit δόκω.

9. Δύνω, δύω, & δῦμι *ſubeo*; Fut. δύσω; Aor. II. ἔδυν; Imperat. δῦθι.

10. Δύναμαι *poſſum*; Imperf. Att. ἐδυνάμην. Praet. Paſs. δεδύνημαι; Aor. I ἐδυνήθην, ſeu ἠδυνήθην a δυνάω; vel ἐδυνάσθην, ſeu ἠδυνάσθην a δυνάζω; Aor. I. Med. ἐδυνησάμην.

E

1. Ἐάω *ſino*; Fut. ἐάσω; Aor. I. εἴασα.

2. Ἔδω *edo*; Praet. Perf. ἔηκα, Att. ἔδηκα, per pleonaſmum ἐδήδοκα. Praet. Med. ἔδα, Attice ἔδηδα; Fut. Med. ἔδομαι.

3. Ἐθέλω *volo*; Fut. ἐθελήσω ab ἐθελέω.

4. Εἴθω *ſolitus ſum*; Praet. Med. εἴωθα per pleonaſmum pro εἴθα.

5. Εἴδω *ſcio* & *video*; Fut. εἴσω & εἰδήσω, vel εἰδήσομαι. Fluſq. Perf. εἰδήκειν, per ſync. εἴδειν. Att. ᾔδειν Infinit. εἰδηκέναι per ſync. εἰδέναι; Partic. εἰδηκώς, per ſync. εἰδώς ab εἰδέω. Praet. Med. οἶδα, cuius 2. οἴδασθα & οἶσθα; Aor. 2. εἶδον, & quum refertur ad *ſcio* ἰδον.

6. Εἶπα *dixi* Aor. I. ab inuſit. ἔπω *dico*; cuius Aor. II. εἶπον.

7. Ἑλαύνω *aligo*; Fut. ἐλάσω ab ἐλάω; unde Praet. ἐλήλακα, Att. ἐληλάκα; Aor. I. ἤλασα; Praet. Paſſ. ἐλήλαμαι, Att. ἐληλάμαι; Aor. I. ἠλάθην; Particip ἐλαθείς.

8. Ἔλπω *ſpero*; Praet Med. ἔολπα pro ἤλπα.

9. Ἐρέω & εἶπω *dico*; Fut. ἐρῶ & ἐρέσω. Praet. εἴρηκα; Praet. Paſs. εἴρημαι; Paullo poſt Fut. εἰρήσομαι; Aor. I. Paſſ. ἐρρήθην; Participp. ῥηθείς.

10.

10. Ἔρομαι *interrogo*; Fut. I ἐρήσομαι ab ἐρέομαι; Aor. I. ἠρησάμην ab ἐρέομαι, & ἐράμην; Aor. II. ἠρόμην, & εἰρόμην ab εἴρομαι.

11. Ἔρρω *pereo*; Fut. ἐρρήσω; Praet. ἔρρηκα veluti ab ἐρρέω.

12. Ἔρχομαι *venio*: ſequentia tempora formantur ab ἐλεύθω inuſit. Fut. ἐλεύσομαι. Praet. ἦλυθα, Att. ἐλήλυθα; Aor. II. ἦλυθον, per ſync. ἦλθον; Infinit. ἐλθεῖν; Praet. Med. ἦλυθα, Att. ἐλήλυθα.

13. Εὑρίσκω *invenio*; Fut. εὑρήσω; Praet. εὕρηκα; Aor. II. ηὗρον ab εὑρέω. Aor. I. Med. εὑρησάμην, per ſync. εὑράμην, Part. εὑράμενος.

14. Ἔχω *habeo*; Fut. ἕξω, & σχήσω, Perf. ἔσχηκα a σχέω, unde in compoſitis Aor. II. ἔσχον, Optat. σχοῖμι, Attice σχοίην; Subi. σχῶ; Infinit. σχεῖν; Part. σχών; Fut. II. σχῶ, σχεῖς &c. Imperat. σχὲς quaſi a σχῆμι.

Ζ

1. Ζάω *vivo* praeter alia tempora regulariter formata habet ἔζων Imperf. quaſi a ζῆμι; Imper. ζῆ, & ζῆθι, Optat. ζαίην, & ζώην a ζῶμι.

2. Ζευγνυμι, & ζευγνύω *iungo*; Fut. ζεύξω, Praet. ἔζευχα ab inuſit. ζεύγω.

3. Ζωννύω & ζώννυμι *cingo*; Fut. ξώσω; Perf. ἔζωκα. Perf. Paſſ. ἔζωμαι & ἔζωσμαι ab inuſit. ζόω & ζώω.

Η

Ἦν *dicebam*. Imperf. a φημὶ *dico* eſt ἔφην, ἔφας, ἔφη; ablato autem augmento, & φ, ſupereſt ἦν, ἦς, ἦ.

Θ

1. Θάπτω *ſepelio*; Fut. θάψω; Perf. τέταφα; Aor. I. ἔθαψα; Praet. Perf. τέθαμμαι; Aor. II. Paſſ. ἐτάφην a τάφω; Fut. I. ταφθήσομαι.

2. Θέλω *volo*; Fut. θελήσω a θελέω; Aor. I. ἐθέλησα, Att. ἠθέλησα.

3. Θνήσκω *morior*; Aor. II. ἔθανον; Fut. II. med. θανοῦμαι a θνέω. Praet. τέθνηκα, Ion. τέθναα a θνάω. Boeotice vero τεθνεικα, vel τέθνεια a τέθνημι, unde Praeſ. Imper. τεθνηθι; Optat. τεθναίην; Infinit τεθνάναι. Partic. Praet. τεθνηκὼς, τεθνεικὼς, τεθνειὼς, τεθναὼς,

τεθνεώς, & poëtice τεθνηώς. Invenitur etiam Fut. I. τεθνήσω, θνήξω, & τεθνήξω; Fut. I. med. τεθνησομαι, θνηξομαι, & τεθνήξομαι.

I

1. Ἱκνέομαι *pervenio*; Fut ἵξομαι; Aor. II. ἐκόμην ab ἵκομαι; unde Praet ἷγμαι.

2. Ἱλάσκομαι *placo*; Fut. ἱλάσομαι ab ἱλάομαι.

3. Ἵπταμαι *volo, volas*; Fut πτήσομαι a πτάω, Praet. πέπταμαι. Aor. II ἔπτην ab ἵπτημι; Aor. II Med. ἐπτάμην, & ἐπτόμην; Infinit. πτᾶσθαι, & πτῆσθαι; Partic. πτάμενος.

K

1. Καθίζω, & καθίζομαι *ſedeo*; Fut. II. καθεδοῦμαι; Fut. I. καθήσομαι a κάθημαι.

2. Καλέω *voco* Praet. κέκληκα ab inuſit. κλέω pro κεκάληκα.

3. Κάμνω, & κάμω *laboro*; Fut. καμοῦμαι; Aor. II. ἔκαμον; Praet. Perf. κέκμηκα per ſync. a κεκάμηκα, ſive ab inuſitato κμέω

4. Κεραννύω, & κιράνημι *miſceo*; Fut κιράσω, & κράσω per ſync. ſive ab inuſitato κράω. Praet κέκρακα; Praet. Paſs. κέκραμαι; Praet. Infinit. κεκρᾶσθαι.

5. Κλάζω *clango*; Fut. κλάγξω a κλάγγω; Aor. I. ἔκλαγξα; Praet. κέκλαγχα; Aor. II. ἔκλαγον; Praet. Med κέκληγα a κλιγω.

6. Κλιω vel κλάω *fleo*; Fut. κλαύσω a κλαύω, & κλαιήσω a κλαιω inuſit. Aor. I. ἔκλαυσα; Perf. Paſſ. κέκλαυμαι.

7. Κλύω *audio*; Fut. κλύσω; Praet. κέκλυκα Imperf. & Aor. ἔκλυν a κλῦμι, unde Imp. κλῦθι, Partic. κλύς.

8. Κορεννύω, & κορέννυμι *ſaturo*; Fut κορέσω, & κορήσω; Aor. I. ἐκόρεσα, Perf κεκόρηκα a κορέω; Perf med κέκορα.

9 Κράζω *clamo*; Aor. ἔκραξα, & ἐκέκραξα etiam ſive Attice, ſive ab inuſit κεκράγω.

10. Κρέμαμαι *pendeo*; Fut κρεμάσομαι ab inuſit. κρεμάομαι.

11. Κύρω, & κύρομαι *ſum*, & *nanciſcor*: Fut κυρήσω, Aor I. ἐκύρησα & in Infinit κυρῆσαι a κυρέω. Aeolice Fut. κύρσω, Aor. I. ἔκυρσα; Infinit. κύρσαι; Particip κύρσας.

Λ

1. Λαγχάνω *ſortior*; Fut. κληρώσομαι a κληρόω Perf. Med. λέλογχα

λογχα; Perf. Act. λέληχα, Att. εἴληχα; Aor. II. ἔλαχον a λήχω.

2 Λαμβάνω *capio*; Fut. λήψομαι a λήβω; unde Aor. II. ἔλαβον; Perf. λέληφα, Att. εἴληφα.

3. Λανθάνω *lateo*; Fut. λήσομαι a λήθω; Perf. Med. λέληθα; Aor. II. ἔλαθον; Praet. Paſſ. λέλησμαι; Aor. II. Med. ἐλαθόμην.

M

1. Μανθάνω *diſco*; Fut μαθήσω, & μαθήσομαι; Praet. μεμάθηκα a μαθέω. Aor. II ἔμαθον a μήθω.

2 Μάχομαι *pugno*; Fut. μαχοῦμαι, μαχέσομαι, & μαχήσομαι a μαχέομαι inuſitato; Aor. I. Med. ἐμαχεσάμην; Praet. Paſſ. μεμάχημαι.

3 Μείρομαι *particeps ſum*, *ſortior*; Praet. Med. ἔμμορα per metatheſin pro μέμορα; Praet. Paſſ. μέμαρμαι & εἵμαρμαι.

4. Μέλομαι *curo*; Fut. μελήσω; Praet. Perf. Med. μέμηλα ab inuſit μελέω.

5. Μένω *maneo*; Perf. μεμένηκα ab inuſit. μενέω.

6. Μιγνύω & μίγνυμι *miſceo*; Fut. μίξω, Aor. II. ἐμίγην a μίγω inuſit.

7. Μιμνήσκω *recordor*; Fut. μνήσομαι; Praet. Paſſ. μέμνημαι a μνάω; Aor. I. Paſſ ἐμνήσθην

8. Μοργνύω *abſtergo*; Fut. μόρξω ab inuſit. μόργω.

N

1. Νέω *nuo*; Fut. νύσω quaſi a νύω.

2. Νέμω *paſco*; Perf. νενέμηκα quaſi a νεμέω.

Z

1. Ξυνίημι *intelligo*; Fut. ξυνήσω; Aor. I. ξυνῆκα, & poëtice ξυνέηκα.

O

1. Ὀΐζω *oleo*; Fut. ὀζίσω, & ὀζήσω; Praet. ὤζηκα ab inuſit. ὀζέω. Praet. Med. ὄδα, Attice ἔδοδα, & ὤδοδα: Perf Paſs. ὄσμαι.

2. Οἴομαι *puto* per ſync. οἶμαι, οἶει, οἴεται. Imperf ᾠόμην, per ſync. ᾤμην; Fut. οἰήσομαι ab inuſit. οἰέομαι Aor. I. Paſs. ᾠήθην.

3. Οἴχομαι *eo*; Fut ὀιχήσομαι ab inuſ. ὀιχέομαι.

4. Ὀλλύω, ſive Ὄλλυμι. Perf. Med. ὄλα, Att. ὄλωλα; Aor. II. ὤλον; Aor. II. Med. ὠλόμην.

5. Ὀμνύω

5. Ὀμνύω, & ὄμνυμι *iuro*; Fut. ὀμόσω, & ὀμοῦμαι; Perf. ὄμωκα, Att ὀμώμοκα ab ὀμόω.

6. Ὀμόργνυμι *abſtergo*; Fut. ὀμόρξω ab ὀμόργω.

7. Ὀπτάνω, & ὀπτάνομαι *video*; Fut. ὄψομαι ab ὄπτω; Aor. I. Paſs. ὤφθην; Praet. Med. ὄπωπα pro ὦπα. Imperf. ἰώρων ab ὁράω; Praet. ἑώρακα; Praet. Paſs. ἑώραμαι.

8. Ὀφιλω & ὄφλω *debeo*; Fut. ὀφιλήσω, & ὀφλήσω ab inuſit. ὀφιλέω, & ὀφλέω. Praet. ὤφληκα; Aor. II. ὤφιλον per ſync. ὤφλον.

Π

1. Πάσχω *patior*; Fut. I. med. πίσομαι, & πήσομαι a πήθω. Praet. med. πέποσθα per pleonaſmum a ποέω pro πέπονα; Aor. II. ἔπαθον a πήθω, ſeu παθέω inuſit.

2. Πετανύω, & πετάννυμι *extendo*; Fut. πετάσω; Praet. πεπέτακα, & per ſync. πέπτακα, unde Paſs. πέπταμαι ab inuſitato πετάω.

3. Πέττω *pecto*; Fut. πέψω a poëtico πέπτω.

4. Πήγνυμι, & πηγνύω *figo*; Fut. πήξω; Praet. Med. πέπηγα; Aor. II. Paſſ. ἐπάγην a πήγω.

5. Πίμπρημι *incendo*, Fut. πρήζω; Aor. ἔπρησα a πρήθω.

6. Πίνω *bibo*; Fut. πώσω; Praet. πέπωκα a πόω inuſitato. Aor. II. ἔπιον a πίω; Fut. II. med. πίομαι pro πιοῦμαι. Praet Paſſ πέπομαι, raro πέπωμαι. Aor. II. Imper. πῖθι a πῖμι; item πῶθι, & per apocopen πῶ a πῶμι.

7. Πίπτω *cado*; Fut. πτώσω; Aor. ἔπτωσα; Praet. πέπτωκα; Particip. πεπτωκὼς, per craſin πτωκὼς ab inuſitato πτόω. A πεσέω deducuntur Aor. II. ἔπεσον; Aor. I ἔπεσα; Aor. I. Med. ἐπεσάμην; Fut. I. πεσοῦμαι uſitatum pro πέσομαι.

8. Πιπράσκω, πράττω, πράζω *vendo*; Fut. I. πράσω, Praet. πέπρακα; Aor. I ἔπρασα, frequentius tamen ἐπέρασα. Praet. Paſſ. πέπραμαι; Aor. I. Paſs ἐπράθην.

9. Πλήττω *fingo*; Fut πλάσω; Praet. πέπλακα; Praet. Paſſ. πέπλασμαι.

10. Πλήττω *percutio*: Aor. II. ἔπληγον quum ad corpus; ἔπλαγον quum ad animum refertur.

11. Πυνθάνομαι *interrogo*; Fut. πεύσομαι a πεύθομαι; Praet. πέπυσμαι. Aor. II. Med. ἐπυθόμην.

Ρ

1. Ῥέζω, & ἔρδω *facio*; Fut. ῥέξω, & per metatheſim ἔρξω; Aor.

Aor. I ἔῤῥιξα & ἔῤξα; Aor. I. Paſs. ῥιχθεὶς; Praet. Med. ἔοργα pro ἔῤῥογα, ſeu ἔρογα; Pluſq. ἐώργειν.

2. Ῥέω *fluo*; Fut. ῥεύσω, & ῥυήσω, unde Praet. ἐῤῥύηκα; Aor. II. ἔῤῥυον Aor. II. Paſs. ἐῤῥύην a ῥυέω.

3. Ῥέω, vel ῥῆμι *dico* vide ſuperius in Ἀγορεύω.

4 Ῥηγνύω, & ῥήγνυμι *rumpo*; Fut. ῥήξω; Aor. II. Paſs. ἐῤῥάγην; Praet. Med. ἔῤῥωγα pro ἔῤῥηγα a ῥήγω.

5. Ῥωννύω, & ῥώννυμι *roboro*; Fut. ῥώσω.

6. Ῥώννυμαι *valeo*; Fut. ῥώσομαι. Praet. ἔῤῥωμαι; Imperat. ἔῤῥωσο.

Σ

1. Σβεννύω, & σβέννυμι *extinguo*; Fut. σβέσω, & σβήσω; σβέσομαι, & σβήσομαι a σβέω inuſitato, unde Aor. I. ἔσβησα. Paſſive ſignificant Aor. II. ἔσβην, Infinit. σβῆναι a σβῆμι, & Praet. ἔσβηκα.

2. Σεύω *concutio*; Aor. I. ἔσευσα, & ἔσσευα; infinit. σεῦσαι, & σεῖναι; Particip. σεύσας, & σείας; Praeſ. Paſs. σείομαι; Praet. ἔσσυμαι; Aor. I. ἐσύθην.

3. Σήπομαι *putreſco*; Fut. I. Med. σήψομαι; Aor. II. Paſs. ἐσάπην; Praet. Med. σέσηπα.

4. Σπείδω *libo*; Fut. σπείσω ab inuſitato σπείδω; Aor. I. ἔσπεισα; Praet. Paſs ἔσπεισμαι.

5. Στερίσκω *privo*; Fut. στερήσω; Praet. ἐστέρηκα a στερέω.

6. Στορέννυμι, & στορνύμι *ſterno*; Fut. στορέσω; Aor. I. ἐστόρεσα a στορέω.

7. Στρωννύω, & στρώννυμι *ſterno*; Fut στρώσω; Aor. I. ἔστρωσα ab inuſit. στρόω.

8. Σχέω *habeo*: vide Ἔχω.

T

1. Τανύω *extendo*; Fut τἀνσω; Praet. τέτακα; Praet. Paſs. τέταμαι a τείνω.

2. Τέμνω *ſeco*; Fut. etiam τμήξω a τμήγω, vel τμήσω a τμέω. Praet. τέτμηκα, Paſs. τέτμημαι; Aor. I. Paſs. ἐτμήθην. Aor. II. etiam ἔτμηγον, & ἔτμαγον.

3. Τεύχω *fabrico*; Fut. τεύξω; Aor. II. ἔτυχον; Praet. Paſs. τέτυγμαι.

4. Τίκτω *pario*; Fut. τέξομαι; Aor. II. ἔτεκον; Praet. Med. τέτοκα. Praet. paſs. τέτεγμαι; Aor. I Paſs. ἐτέχθην.

5. Τέ-

5. Τίνω *ſolvo*; Fut. τίσω a τίω.

6. Τιτραίνω, vel τιτράω *perforo*; Fut. τρήσω a τράω; Praet. Paſs. τέτρημαι.

7 Τιτρώσκω *vulnero*; Fut. τρώσω; Aor. I. ἔτρωσα; Praet. τέτρωκα a τρόω

8 Τλάω *tolero*; Fut. τλήσω; Aor. I. ἔτλην a τλῆμι.

9. Τρέχω *curro*; Fut. θρέξω; Praet. δεδράμηκα a δραμέω, unde Aor. II. ἔδραμον; Fut II Med. δραμοῦμαι; Praet Med. δέδρομα.

10. Τρώγω *comedo*; Fut. II. Med φάγομαι pro φαγοῦμαι; Aor. II. ἔφαγον a φάγω, vel φήγω inuſitato.

11. Τυγχάνω, *ſum*, *ſortior*, *nanciſcor*; Fut. τεύξομαι a τεύχω; Praet. τετύχηκα a τυχέω; Aor. II. ἔτυχον; Praet. Paſs. τετύγμαι, & τέτευγμαι; Aor. I. Paſs. Partic. τυχθείς.

Υ

1. Ὑπισχνέομαι *promitto*; Fut. ὑποσχήσομαι; Praet. ὑπέσχημαι; Aor. I. Paſs. ὑπεσχέθην; Aor. II. Med. ὑπεσχόμην,

Φ

1. Φέρω *fero*; Fut. οἴσω ab οἴω inuſit. Aor. I. ἤνεγκα; Aor. II. ἤνεγκον ab ἐνέγκω. Praet. Med. ἦνοχα, Att. ἐνήνοχα tanquam ab ἐνέχω. Praet. Paſs. ἦνεγμαι, & ἐνήνεγμαι; Aor. I. Paſs. ἠνέχθην, & ἠνείχθην.

2. Φθάνω *praevenio*; Fut. φθάσω; Praet. ἔφθακα; Aor. I. ἔφθασα a φθάω. Aor. II. ἔφθην a φθῆμι unde Partic. φθάς.

3. Φθίνω *tabeſco*; Fut. φθίσω a φθίω.

4. Φύω *produco*; Fut. φύσω; Praet. πέφυκα; Aor. II. ἔφυν a φῦμι.

Χ

1. Χαίρω *gaudeo*; Fut χαρήσομαι a χαρέω; Aor. II. Paſs. ἐχάρην.

2. Χάσκω *debiſco*. Fut. χανοῦμαι; Aor. II. ἔχανον; Praet. Med. κέχηνα a χαίνω.

3 Χέω *fundo*; Fut. χεύσω a χεύω; Aor I ἔχεα; Infinit. χέαι.

4. Χρωννύω, & Χρώννυμι *coloro*; Fut. χρώσω; Praet. Paſs. κέχρωσμαι.

5. Χύνω *fundo*; Fut χύσω a χύω.

6. Χωννύω, & Χώννυμι *obruo aggere*; Fut. χώσω ab inuſ. χόω.

1. Ὠτέω

Ω

1. Ω'θέω *pello*; Fut. ὠθήσω & ὤσω ab ὦθω; Aor. I. ἔωθησα, & ἔωσα, atque ἐωσα; Praet. paſs. ἔωθημαι, ἔωσμαι, & ἔωσμαι.

2. Ὤνεομαι *emo*; Fut. ὠνήσομαι; Praet. ὤνημαι, Att. ἐώνημαι, unde Particip. ἐωνημένος.

De Nominibus Verbalibus

CAPVT XVIII.

A Verbis formantur nomina plurima, quae *Verbalia* appellantur. Haec autem deducuntur fere a Praeterito Paſſivo, & Medio, dempta reduplicatione, vel augmento, & addita propria terminatione: ut a πέπραγμαι, πρᾶγμα *Res*: ab ἔψαλμαι, ψαλμὸς *Pſalmus*: a τέτομαι, τόμος *Sectio*.

Temporum Perſonae, unde Verbalia, & horum pleraeque terminationes.

A Prima Perſona Praeteriti Paſſivi in ι	μα,	γράμμα,	*littera.*
	μος,	δεσμὸς,	*vinculum.*
	μη,	γραμμὴ,	*linea.*
	μων,	νοημὼν,	*intelligens.*
A Secunda Perſona Praet. Paſſivi in	ις,	ποίησις,	*poëſis.*
	ια,	δοκιμασία,	*probatio.*

τῆς

(1) Interdum aliquae Perfecti litterae mutantur, aut reiiciuntur. Ita ab ἔσπαρμαι fit σπέρμα, a τέθειμαι, θέμα, unde ἀνάθεμα, ἀνάθημα vero ab inuſitato ἀνατέθημαι; a τέθεισαι fit θέσις; ab ἔσχημαι fit σχῆμα, & σχέσις.

A Tertia Perſona Praeteriti Paſſivi in

) της, ποιητὴς, *Poëta*.
) τος, ἀκυςὸς, *audibilis*.
) τηρ, χαρακτὴρ, *character*.
) τωρ, κοσμήτωρ, *princeps*.
) κος, κριτικὸς, *iudicialis*.
) τις, πίςις, *fides*.
) τυς, ὀρχηςὺς, *ſaltator*.
) τρια, ὀρχήςρια, *ſaltatrix*.
) τρα, ὀρχήςρα, *orcheſtra*.
) ληριον, ποτήριον, *poculum*.
) τρον, δίδακτρον, *minerval*.
)' εον, γραπτέον, *ſcribendum*.

A Praeterito Medio in

) ος, λόγος, *ſermo*.
) η, ἐπιςολὴ, *epiſtola*.
) ιον, λόγιον, *oraculum*.
) ευς, τομεὺς, *ſector*. [2]

De Indeclinabilibus Orationis partibus.

CAPVT XIX.

TRes ſunt apud Graecos indeclinabiles orationis partes; Adverbium, Praepoſitio, & Coniunctio.

De

(1) Verbalia in τέον, ſi tribus generibus varientur, erunt loco gerundivorum, ut γραπτέος *ſcribendus*; γραπτέα *ſcribenda*; γραπτέον *ſcribendum*.

(2) Verbalia nonnulla ab ipſo Themate deſcendere videntur, ut δουλεύω *ſervio*, δουλεία *ſervitus*; βασιλεύω *regno*, βασιλεία *regnum*. Haec tamen commode efformari alibunde poſſunt.

De Adverbiis.

Idem apud Graecos ſignificant Adverbia, quod apud Latinos; atque hoc unum Graecis proprium eſt, quod inter Adverbia *Interiectiones*, etiam recenſent. Adverbiorum, quae plurima ſane ſunt, quadruplex inſtitui poteſt diviſio; nimirum I. quoad ſignificationem, II. quoad Speciem, III. quoad Figuram, IV. quoad Compoſitionem.

I. Adverbia, quae ad locum ſpectant, ſignificant aut ſtatum in loco, aut motum de loco, aut motum ad locum.

In loco πῦ ubi? ἐνταῦθα hic, ἐκεῖ, ἐκεῖθε illic &c.

De loco πόθεν unde? ἐντεῦθεν hinc, ἐκεῖθεν illinc &c.

Ad locum ποῖ quo? δεῦρο huc, ἐκεῖσε illuc &c.

Haec Adverbia ſaepe a nominibus formantur, quibus ad ſignificandum ſtatum in loco additur σι, θι, χυ, χη; ad ſignificandum motum de loco additur θεν; denique, ut ſignificent motum ad locum, additur σε, δε, & ζε: Ita

	in loco	*de loco*	*ad locum*
a Μέγαρα	μεγαρόθι, vel μεγαροῖ	μεγαρόθεν	μεγάραδε
Ἄγρος	ἀγρόθι	ἀγρόθεν	ἀγρόνδε, vel ἀγρόσε

οἶ-

οἶκος	οἴκοθι, vel οἴκοι	οἴκοθεν	οἰκόνδε, vel οἶκαδε
ἐκεῖνος	ἐκεῖ	ἐκεῖθεν	ἐκεῖσε
Θήβαι	Θηβῃσι	Θήβηθεν	Θήβαζε
Ὀλυμπία	Ὀλυμπίασι	Ὀλυμπίαθεν	Ὀλυμπίαζε

Adverbia Temporis πότε quando? νῦν nunc, τότε tunc, χθὲς, vel ἐχθὲς heri &c.

Adverbia Qualitatis πῶς quomodo, εὖ bene, κακῶς male, εὐσεβῶς pie, ἀσεβῶς impie &c.

Adverbia Quantitatis ποσάκις quoties? ἅπαξ ſemel, δὶς bis &c πολλάκις vel συχνάκις ſaepe, ὀλιγάκις, σπανιάκις, σπανίως raro &c.

II. Adverbia quoad ſpeciem alia ſunt *Primitiva*, ut εὖ *bene*; alia *Derivativa* ut κακῶς *male* a genitivo plurali κακῶν *malorum*.

Ita derivantur ῥᾳδίως facile, ὄντως revera a ῥᾳδίων, ὄντων; ἄλλως aliter, ἕτω vel οὕτως ſic ab ἄλλων, τέτων; ἀκμὴν vero ſtrenue, μακρὰν longe, τὴν ταχίςην celerrime ſunt ipſi nominum accuſativi caſus adverbialiter ſumpti.

III. Adverbia quoad Figuram, aut Simplicia ſunt ut εὖ bene, aut Compoſita ut ὑπερεὺ egregie, praeclare.

IV. Quemadmodum in Nominibus, ita in Adverbiis fit Comparatio: in Adverbiis autem loci eſt τερω, τατω, ut

ἄνω ἀνωτέρω, ἀνωτάτω ſupra
πόῤῥω πορῥωτέρω, πορῥωτάτω longe

in

in adverbiis temporis, & qualitatis τερον, τατα, ut

ὀψὲ, ὀψιαίτερον, ὀψιαίτατα ſero.
χαλεπῶς, χαλεπώτερον, χαλεπώτατα difficulter.

In adverbiis quantitatis vario modo fit comparatio, ut

πολλάκις, πλεονάκις, πλειςάκις ſaepe.
μάλα, μᾶλλον, μάλιςα valde.

Adverbiis annumerantur interiectiones, ut παπαὶ, & φεῦ *papae*, εὖγε *euge*, ἄπαγε *apage*, οὐαὶ *vae*, οἴμοι *heu mihi*, φεῦ & ἰὼ *heu*; φεῦ *prob*, εὐοὶ *evax* &c.

De Praepoſitionibus.

Duodeviginti apud Graecos ſunt Praepoſitiones, quarum ſex monoſyllabae ἐν, εἰς vel ἐς; ἐκ vel ἐξ, πρὸ, πρὸς, σὺν; duodecim autem diſsyllabae ἀνὰ, ἀμφὶ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὸ, ὑπὲρ.

Quum varia ſit earum vis, & ſignificatio pro variis caſibus, qui ipſis conceduntur; opportunius de ipſis agemus in II. Syntaxeos Capite. Hic autem duo ſolum ſunt obſervanda.

I. Duae Praepoſitiones ita aliquando coniunguntur, ut ex ipſis una tantummodo vox componatur: ita διαπρὸ *penitus* ex διὰ & πρὸ; ἀποπρὸ *procul* ex ἀπὸ & πρὸ; ἐπιπρὸ *ante* ex ἐπὶ & πρό.

Praepoſitiones quaedam aut ex Dialecto, aut in compoſitione faciem veluti mutant. Ita loco πρὸς Dores dicunt ποτὶ, Attici ὡς; loco σὺν Attici ξὺν; loco ἐν Poëtae ἐνὶ, apud quos etiam eſt καταὶ, ὑπαὶ, παραὶ, & πὰρ loco κατὰ, ὑπὸ, παρά.

In compoſitione autem Ἐν ante μ, π, β, φ, ψ mutatur in εμ, ut ἐμπίπτω, ἐμβάλλω, ἐμφορέω, ἐμμενω, ἔμψυχος. Ante γ, κ, χ, ξ mutatur in εγ, ut ἐγγηράσκω, ἐγκαλέω, ἐγχέω, ἐγξέω. Ante λ in ελ, ut ἔλλογος.

Ἐκ ſervatur ante conſonantem, ante vocalem vero ſcribitur ἐξ.

Σὺν ante μ, β, π, φ, ψ mutatur in συμ, ut συμμαρτάνω, συμβαίνω, συμπίπτω, συμφέρω, σύμψηφος, Ante γ, κ, χ mutatur in συγ, ut συγγηράσκω, συγκαλῶ, συγχέω. Ante λ in συλ, ut Συλλόγισμος, συλλαμβάνω, Ante ρ in συρ, ut συρράπτω; In συσ ante σ, ut συσσίτιον, σισσείω; omittitur ν ante ζ, & σ cum conſonante alia, ut συζητέω, συςέλλω.

Praepoſitiones quaedam ſunt inſeparabiles, atque adhibentur ſolum in compoſitione, in qua

augent
-) αρι ἀρίδηλος *valde manifeſtus.*
-) ερι ἐρίβρομος *graviter fremens.*
-) δα δάσκιος *ſpiſſam umbram faciens.*
-) ζα ζαβάλλω pro διαβάλλω *calumnior,*
-) λαι λαικάζω *decipio.*
-) λι λιπόνηρος *valde improbus.*
-) βυ βυλιμία *magna fames.*
-) ἱππο ἱπτογνώμων *magnanimus.*

Digitized by Google

Privant) α ἀθάνατος *immortalis*.
νη νήκερος *ſine cornibus*.

Saepe tamen α & νη aut augent, aut aliam diverſam plane vim habent.

Δυς, cui adverſatur εὖ, difficultatem, aut vitium ſignificat: δυσυχία *adverſa fortuna*, εὐτυχία *proſpera fortuna*.

De Coniunctione.

Coniunctionum varia eſt ſignificatio, ut apud Latinos.

Copulativae, ut καὶ *&*, τε *que*.

Diſiunctivae, ut ἢ *aut*, ἤτοι, ἤγουν *ſive*.

Conceſſivae, ut κἂν, καίπερ *etſi*.

Adverſariae, ut δὲ *vero* (quod reſpondet particulae μὲν *quidem*) ἀλλὰ *ſed*, ὅμως *tamen*.

Cauſſales, ut γὰρ *enim*, ὅτι *quod*, *quoniam*, διὸ *propterea*, διότι *eo quod*, *propterea quod*, καθὸ *quatenus*, καθότι *qua ratione*.

Ratiocinativae ſive concluſivae, ut ἄρα, οὖν *ergo*, διόπερ *quapropter*; τοίνυν, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν *igitur*.

Conditionales, ut εἰ, ἂν *ſi*.

Completivae, ſive expletivae, ut περ, τοι, & in carmine ῥα, θην, aliaeque.

De Figuris Dictionis.

CAPVT XX.

AD Etymologiam attinent Grammaticae Figurae quaedam; ob quas dictiones ſive vocabula non leviter aliquando immutantur.

1. *Protheſis.*

Protheſis litteram, vel ſyllabam principio dictionis addit: ut τιταγὼν pro ταγὼν a τάζω *apprehendo*; σμικρὸς pro μικρὸς *parvus*.

2. *Aphaereſis.*

Aphaereſis litteram, vel ſyllabam principio dictionis aufert, ut ἑρτὴ pro ἑορτὴ *feſtum*, ἱρὸς pro ἱερὸς *ſanctus*.

3. *Syncope.*

Syncope litteram, vel ſyllabam e medio dictionis ſubtrahit: ut εὑράμην pro εὑρησάμην *inveni*; ἐγάτο pro ἐγενήσατο *natus, eſt*.

4. *Epentheſis.*

Epentheſis medio dictionis litteram, vel ſyllabam interſerit, ut ἔλλαβε pro ἐλάβε, ὁππότερος pro ὁπότερος.

5. *Apocope*

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut δῶ pro δῶμα *domus*; ποσειδῶ pro ποσειδῶνα *Neptunus*.

6 *Paragoge.*

Paragoge extremae ſyllabae aliquid adiungit, ut ἦσθα pro ἦς *eras*, τύπτεσκε pro ἔτυπτε *verberabat*,

7. *Metaplaſmus.*

Metaplaſmus eſt mutatio ultimae ſyllabae in eodem caſu, ut κλαδὶ pro κλάδῳ *ramus*.

8. *Antitheſis.*

Antitheſis eſt litterae mutatio, ut πόρσω pro πόρρω *procul*, θάλαττα pro θάλασσα *mare*.

9. *Metatheſis.*

Metatheſis eſt tranſpoſitio litterarum, ut ἴξω pro ἰξῶ *faciam*; ἔπραθον pro ἔπαρθον a πέρθω *vaſto*.

10. *Synaloepha.*

Synaloepha eſt eliſio vocalis alicuius ante alteram in diverſis dictionibus, ut τἀμὰ pro τὰ ἐμὰ *mea*; τὄνομα pro τὸ ὄνομα.

11. *Anadiploſis.*

Anadiploſis eſt reduplicatio, ſeu repetitio primarum, vel ſecundarum ſyllabarum, ut κικάμωσι pro κάμωσι, ἐτέτυμον pro ἔτυμον.

LI-

LIBER II.

SYNTAXIS

De Concordantiis.

CAPVT I.

EAdem ſunt apud Graecos Concordantiarum genera, & leges, quae apud Latinos: Graeci tamen ab univerſalibus regulis in hoc frequenter diſcedunt.

I. Etenim Neutrum adiectivum cum Subſtantivo Maſculini, aut Feminini Generis coniungunt, ut ἡ ἀρετὴ λυσίτελές ἐϛι pro λυσιτέλης *virtus eſt utile*, ideſt *utilis*, vel *res utilis*. Χρήσιμον αἱ ψευδένδραι pro χρήσιμαι *utile inſidiae*, ideſt *utiles*, vel *res utilis*.

Adiectivum Femininum cum ſubſtantivo Maſculino, ut ἀὴρ βαθεῖα pro βαθὺς, & viceverſa cum Subſtantivo Fem. Adiectivum Maſculinum, ut κλυτὸς Ἱπποδάμεια pro κλυτὴ: quod praeſertim Atticorum more fit cum Adiectivis deſinentibus in μος, ρος, & ος purum; imo id in Articulo quoque contingit ut τὼ χεῖρε, τὼ τέχνα pro τὰ χεῖρε, τὰ τέχνα. Saepe cum

Adiectiva, tum Articuli ſenſu potius quam terminatione cum Subſtantivis concordant; ut ἡ Γναθήνιον, ἡ Γλυκέριον *Gnathenium*, *Glycerium* nomina propria mulierum; ὦ φίλε τέκνον *o chare fili*, μειράκια ἐυτυχεῖς *pueri felices*, ὄχλος φοβύμενοι, πλῆθος ἀποκτενῦντες, ἐκάςω ἰεμένων, οἱ ρυθμοὶ φωνὴ ἕσα pro ὄντες. Reperitur quoque τὰ καλὰ τῶν ζώων pro ζῶα; Σωκράτης ἐςὶ τῶν σοφῶν pro σοφὸς: de quo vid. infer. ubi de Partitivis.

II. Verbum ſingulare cum neutro nomine plurali ſaepiſſime coniungitur, ut πάντα ὑποτάσσεται pro ὑποτάσσονται *omnia ſubiiciuntur*.

Id cum nominibus quoque aliorum generum nonnumquam contingit, ut Τ''μνοι τέλλεται pro τέλλονται; Η''ν τρεῖς κεφαλαὶ pro ἦσαν: ἔςιν ὅιτινες, ἔςιν ὃς &c. pro εἰσὶ; Verum de hac verbi perſona ἐςὶ, eiuſque uſu inferius Cap VIII. Nomen ſingulare cum Verbo plurali ſenſu nonnumquam concordat, ut τὸ ἔθνος ἀτέςειλαν *Gens miſerunt*; τῇ πόλει ἐςὶν ὅμορος Κολωνίδες *Vrbi eſt vicinus*, ideſt *ſunt vicini Colonides*: ita quoque nomen duale cum Verbo plurali, ut ἄμφω ἐξέπνευσαν pro ἐξεπνευσάτην: ἄνδρε δύο φεύγομεν.

III. Relativum cum antecedente convenit ſaepe etiam in caſu, quem verbum, quod ſequitur, non exigit ut ὕβρεως, ἧς ὑβρίζομαι; ἄλλοις, οἷς ἔχομεν; ἐπισολῶν, ὧν ἔπεμψα.

Relativum in genere non cum antecedenti,

ſed

ſed cum ſequenti nomine aliquando convenit, ut πόλεις ἓς φωλεὸς εἶναι pro ἅς. Relativum plurale cum antecedente ſingulari, ut ἐάν τις &c. τούτοις &c.

Reperitur quoque χαριζόμενος δίῳ σοὶ ἀνδρὶ pro χαριζόμενος ἀνδρὶ οἷς σὺ εἶ.

De Conſtructione Praepoſitionum.

CAPVT II.

QVum Syntaxis, quam Grammatici *Regiminis* appellant, tota fere pendeat ab expreſſis, aut ſaltem tacitis Praepoſitionibus; agendum neceſſario hic eſt de conſtructione Praepoſitionum, quas alphabetica ſerie diſpoſitas ſubiicimus.

Ἀμφὶ cum Genitivo ſignificat

Circum) τοῖς ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλεως οἰκεύσι). Herodot.
) *iis qui circum hanc urbem habitant.*

De) ἀμφὶ τῶν ἀστέρων ἡ γραφὴ Lucian.
) *de aſtris lucubratio.*

Per iur.) Φοίβου τ' ἀμφὶ λίσσομαι Apollon.
) *& per Phoebum oro.*

Cum Dativo.

Circum poët.) ἀμφὶ πόδεσσ' ἀράρισκε πέδιλα Hom.
& hiſt.) *circum pedes aptabat ſalaria.*

Propter Poët. & hiſt.) ἀμφὶ ἀυτῇ Lucian. *propter eam*.

De poët.) ἀμφ' ἐμοὶ *de me* Hom.

Contra poët.) ἀμφ' Ὀδυσσεῖ Sophocl. *contra Vlyſſem*.

Cum Accuſativo

Circa) ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλά. Lucian.) *circa focum frequenter verſor*; quod refertur etiam ad materiam de qua agitur, ad tempus, & ad numerum. ut ἀμφὶ τὰς συνθήκας *de pactis*; ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς *circa diluculum*; ἀμφὶ τὲς πεντασχιλίυς *ad quinque millia*: h. e. *quinque millia circiter*.

In compoſitione ſignificat *circum*, ut ἀμφιβάλλω *circumiicio*.

Articulus Pluralis cum hac Praepoſitione nonnumquam ſignificat idem ac nomen proprium, ut οἱ ἀμφὶ Πριαμον *Priamus*; nonnumquam ſignificat comitatum, ſive ſocios, ut οἱ ἀμφ' Ἐπίκυρον *Epicurei*.

Ἀνὰ cum Accuſativo.

Per) ἀνὰ πόλιν, ἀνὰ στράτον, ἀν' Ἑλλάδα.) *per urbem, per exercitum, per Graeciam*.) ἀνὰ πᾶν ἔτος *per ſingulos annos*.

In) ἀνὰ στόμα ἔχειν *in ore habere*.

Contra) ἀνὰ ποταμὸν πλέειν *contra fluvium navigare*.

di-

distributionem.) λαβὲ κηρῦ, καὶ ῥητίνης ἀνὰ ὐγκίαν) μίαν *cape cerae & reſinae ſingulas*) *uncias*.

In compoſitione ſignificat *re*, ut ἀναπρέχω *recurvo*.

Poëtae iungunt hanc Propoſitionem aliis Caſibus, ac praeſertim Dativo; tunc autem ſignificat *in* ut ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ *in praeclaro humero*.

Ἀντὶ cum Genitivo tantum

Pro, loco &c. ἀντὶ πολλῶν μοι ὅτος ἐγένετο *hic pro multis mihi erat*. ἀνθ' ἱματίου ῥάκος ἔχειν *pro pallio* (h. e. *loco* pallii) *lacerum pannum habere*.

comparationem) ἓν ἀνθ' ἑνὸς θεωρῶν, ideſt) ἓν ἑνὶ συγκρίνων *ſingula ſimul conferens*.

propter.) ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ςεφανώσετε; *propter*) *quam virtutem coronabitis?* ἀν-) ὁϊδ' ἀνθ' ὅτῳ *neſcio quamobrem*.

In compoſitione plerumque *contra*, ut ἀντιλέγειν *contradicere*, ἀντίπαλος *oblactator* ſ. *adverſarius*.

Ἀπὸ cum Genitivo tantum

E, vel *Ex*) τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν *e*) *terra mare intueri*. ἀπὸ συνθήματος) *ex compacto*. ἔπιεν ἀπὸ τῦ ὕδατος) *bibit* (h. e. aliquid) *ex aqua*.

A mo-

A motum) ἀπ' Ἀθηνῶν *Athenis*.
a loco, &) ἀπὸ τοῦ Σωκράτους (h. e. παρὰ τοῦ)
a perſona) *a Socrate*.

Poſt) ἀπὸ δείπνου *a coena*, ideſt *poſt coe-*
) *nam*.

Per) κατελύθη πόλεμος ἀπὸ προσευχῆς *per*
) *preces bellum profligatum eſt*.

) ἀπ' ὀμμάτων *ſine oculis*, οὐκ ἀπὸ τρό-
abſque &c.) που *non praeter morem*. ἀπὸ θυμοῦ
) *ſine ira*.

In compoſitione plerumque *auget*, ut ἀποτείνω *extendo*, aut ſignificat *contrarium*, ut ἀπεύχομαι *imprecor*, aut *reſtitutionem* ut ἀποδίδομαι *reddo &c.*

Διὰ cum Genitivo

Per) διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐβάδισεν *per forum*
) *tranſiit*. διὰ νυκτὸς ſ. πάσης *per to-*
) *tam noctem*, διὰ σοῦ τοῦτο γένοιτο *per*
) *te hoc fiat*.

Ex) δι' ἀλφίτου πεποιημένος *ex farina fa-*
) *ctus*.

In) διὰ χειρὸς ἔχειν *in manu habere*. διὰ
) στόματος ἔχω *in ore habeo*. διὰ τιμῆς,
) καὶ θαύματος τοῦτον ἔχω *in honore*,
) *& admiratione hunc habeo*.

Ele-

Elegaater etiam fignificat intervallum loci, & temporis: ut διὰ πολλῶν φυτιήιν *longis interſtitiis plantare*. δι' ἔτους πίμπτου *quinto quolibet anno*.

Cum Accuſativo.

Propter) διὰ τί *quamobrem?* διὰ τοῦτο *propterea*.

Per) διὰ τὸς Θεὸς ἐσώθην *per Deos* (h. e. Deorum beneficio) *ſervatus ſum*.

In compoſitione *dis* ut διασκεδάζειν *diſpergere*, διαρτᾶν *dividere*.

Εἰς cum Accuſativo tantum.

In, vel *Ad*) τὸ ὂν διαιρεῖται εἰς ὔσιαν, καὶ συμβεβηκὸς *Ens dividitur in ſubſtantiam, & accidens*. εἰς τὴν ὑςεραίαν *in poſterum diem*. ὠφελεῖ εἰς ἀνδραγαθίαν *confert ad virtutem*. εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα *ad hoc* (ſ. propter hoc) *veni*.

Praeſertim cum verbis ſign. Mot. ad Loc.) εἰς οἶκον εἰσελθεῖν *domum ingredi*

In Stat. in Loc.) ςὰς εἰς τὸ μέσον *ſtans in medio*: γράψας εἰς ςήλην *ſcribens in columna*.

Erga) τῇ ὑμῶν εἰς ἐμὲ εὐνοίᾳ *veſtrae erga me benevolentiae*.

Apud) εἶπον εἰς ὑμᾶς *dixi apud vos*; γνώριμος εἰς πάντας *notus apud omnes*.

Con-

Contra) εἰς δῆμον *contra Populum*. εἰς Κτη-
) σιφῶντα *adverſus Cteſiphontem*.

Ob, Pro-) εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται *propter iu-*
pter.) *ſtitiam laudatur*.

In compoſitione ſignificat *in* εἰσέρχομαι *ingredior*, εἰσέπεσε *incidit, irruit*.

Ἐκ, vel ἐξ cum Genitivo tantum

) ἐξ ἀγορᾶς *ex foro*. ἐκ πηλοῦ ὁ ἀνδριὰς
E vel *Ex*) *ex luto ſtatua*. ἐκ τοῦ διαγράμματος
) *ex decreto* (h. e. iuxta decretum.

Propter) ἐξ ἁμαρτίας *propter peccatum*.

Poſt) ἐκ δείπνου *poſt coenam*.

In compoſitione auget, ἐξέπιε *ebibit*, ἐξέφαγεν *exedit*. Significat etiam *extra* ἐκβάλλω *eiicio*.

Ἐν cum Dativo tantum

In Stat.) ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ βασιλέως *in regione*
in loc.) *regis*.

Inter) ἐν οἷς ἦν *inter quos erat*.

Apud) ἐν μάρτυσι πλέον, ἢ τρισμυρίοις
) *apud teſtes pluſquam tricies millenos*.

Cum) ἐν πέλταις, καὶ ἀκοντίοις *cum peltis,*
) *& ſpiculis*.

In compoſitione *in*, ἐμβάλλω *iniicio*.

Ἐπὶ

Ἐπὶ cum Genitivo

In) ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν Θεάτρων *ſaltans in theatris.*

Super) τὰ ζῶα ἐπὶ τῆς γῆς *animalia ſuper terram.* ὁ ἐπὶ τῶν Ἐπιστολῶν *ab Epiſtolis.*

Tempus) Ἐπὶ Ἄρχοντος Πιθοκλέους *Archonte Pithocle.*

Ad) ἐπὶ σκοπῦ τοξεύειν *ad ſcopum jaculari.* ἐπὶ Θράκης ἀφικνοῦνται *in Thraciam veniunt.*

Cum Dativo

Super) ἐπὶ τρόπιδι ἡ ναῦς *Navis ſuper carina.*

Penes) ἐπὶ σοὶ ἔσται *erit penes te*, h. e. *in tua poteſtate.*

Propter) ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει *haec facere propter lucrum.*

Poſt) τίς δὲ ἐπὶ πρώτῳ *quis poſt primum?*

Praeter) ἐπὶ τῷ σίτῳ οὐδὲν ἄλλο ἔχειν *praeter victum nihil aliud habere.*

Cum Accuſativo

Ad, verſus &c.) ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύετο *ibat in Atticam*; ἐπὶ γλῶτταν ἐλθεῖν *in buccam venire.*

ad-

Adverſus) ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησεν *in nos impetum fe-*
) *cit.*

Propter) πρὸς σὲ ἦλθον ἐπ' ἀργύριον *veni ad te*
) *propter argentum.*

In compoſitione ſignificat praeſertim *in*, vel *ſuper*, ut ἐπιγράφω *inſcribo*; & *ſero*, ut ἐπιμυθεύομαι *poſt factum conſulo*.

Κατὰ cum Genitivo

Contra) κατὰ σοφιςῶν λέγειν *contra Sophiſtas*
) *dicere.*

In) κατὰ πετρῶν σπείρεις *in petris ſemi-*
) *nas.*

Motum ad inferiora) φέρεται κατὰ κρημνῶν *fertur in praeceps.*

Subter) ἔδυ κατὰ τῆς γῆς *ſub terram deſcendit.*

Cum Accuſativo.

Secundum, iuxta &c.) καθ' Ὅμηρον γράφει *ſecundum Homerum ſcribit.* κατὰ τὸ πρόσταγμα *ſecundum praeſcriptum.* κατὰ Ἰωάννην *ſecundum Ioannem.* κατὰ δύναμιν *pro viribus ſ. iuxta vires.*

In) κατ' ἀγορὰν *in foro.*

Tempus) καθ' ἡμᾶς *noſtra aetate.*

Per

Per) κατὰ συμβεβηκὸς *per accidens*.

In compoſitione ſignificat praeſertim *deorſum*, ut καταβαίνω *deſcendo*.

Μετὰ cum Genitivo

Cum) μετὰ φίλων *cum amicis*. μετὰ λύπης
) ἡ μάθησις *cum incommodo eruditio*.

Cum Dativo

Cum praeſ.) μετὰ τριτάτοισιν ἄνασσε *cum tertiis*
apud poët.) *regnabat*.
& *In*) μετὰ χερσὶν ἔχων *in manibus habens*.

) εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαι-
Inter poët.) ῶν *recte inter ſe diviſerunt filii*
) *Graecorum* ſ. Graeci.

Cum Accuſativo

Poſt) μετὰ σὲ ἐγὼ ἦλθον *ego poſt te veni*.

In compoſitione ſignificat praeſertim *converſionem*, ut μεταμόρφωσις *transformatio*.

Παρὰ cum Genitivo

A vel *Ab*) παρὰ τοῦ βασιλέως ἡ δικαιοσύνη *a rege iuſtitia*,

Cum Dativo

Apud vel) παρὰ τῷ βασιλεῖ κάθηται *prope regem* ſedet.
Prope)

Cum

Cum Accuſativo

Prope, ſecus) παρὰ τὴν θάλασσαν *prope mare*. παρα τὴν ὁδὸν *ſecus viam*.

Ad) παρὰ σὲ ἔρχομαι *ad te venio*.

Propter) παρ' ὐδὲν ἕτερον *ob nihil aliud*.

Praeter, vel *Contra*) παρὰ λόγον *praeter rationem*. παρὰ πάντα τὰ δίκαια *praeter* vel *contra omnia iura*.

In compoſitione minuit, ut παράσημος ῥήτωρ *malae monetae* i. *adulterinus Orator*; ſignificat & *comparationem*, ut παραβάλλω *confero*; *contrarium* ut παράνομος *iniquus*; item *prope*, ut παρακολυθῶ *proxime ſequor*.

Περὶ cum Genitivo

Pro, vel *Propter*) περὶ ψυχῆς μάχεσθαι *pro vita pugnare*. περ. ὧν ἥκουσι *propter quae veniunt*.

De) περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων *de quibus dicturus venio*.

Prae) περὶ πάντων σὲ τίω *prae omnibus te honoro*.

Cum Dativo

Apud) πολλὰς ἀπέβαλον περὶ ταῖς ἁμάξαις *multos amiſerunt circa currus*.

Cir-

Circa) περὶ τῇ δέρῃ *circa collum*.

Cum Accuſativo

Circa) περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία *circa terribilia fortitudo* verſatur. περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα *circa urbem exercitus*. περὶ μέσην νύκτα *circa mediam noctem*.

Apud) καταράτους ἀνθρώπους εἶχε περὶ αὐτὸν *execrandos homines habebat apud ſe*.

Ad) ὡς ἔλθοιμι περὶ τοὺς Φιλοσόφους *ut veniſſem ad Philoſophos*.

In) τὰ περὶ ψυχὴν *quae ſunt in animo*.

In compoſitione ſignificat *circum* ut περιφορὰ *circumferentia*; *excellentiam*, ut περικαλλὴς *admodum venuſtus*.

Πρὸ cum Genitivo tantum

Ante) πρὸ τῆς θύρας *ante ianuam*. πρὸ τοῦ Περσικοῦ πολέμου *ante Perſicum bellum*.

Prae) Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος πρὸ τῶν πάντων τὴν ὄρχησιν ἐπαινοῦσι *Homerus & Heſiodus prae omnibus ſaltationem laudant*.

In compoſitione ſignificat *ante* & *prae*, ut προίσχομαι *anteſto*; προβάλλω *praepono*.

Πρὸς cum Genitivo

A, vel *Ab*) πρὸς Θεοῦ τὰ ἀγαθὰ *a Deo* ſunt *bona*.

Per adiur.) πρὸς Διὸς φράσον *dic per Iovem*.

Coram) πρός τε θεῶν μακάρων *& coram Diis beatis*.

officium) ὐ πρὸς ἰατρῦ σοφῦ *non eſt ſapientis Medici*.

Cum Dativo

Ante) πρὸς τοῖς ποσὶ *ante pedes*.

Praeter) πρὸς τῷ ἱματίῳ *praeter veſtem*; πρὸς τῷδε *praeterea*.

Prope) πρὸς τῷ τέλει τῦ βίυ *prope finem vitae*.

Cum Accuſativo

Ad) ἔρχομαι πρὸς τὸν φίλον *eo ad amicum*. ὡς ἔχει τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα *quemadmodum ſe habent duo ad quatuor*. πρὸς ἀυλὸν ᾄδει *ad tibiam canit*.

Secundum) πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται *volant ſecundum ventum*.

Cum) σπονδὰς ποιεῖται πρὸς ἀυτὺς *foedus facit cum illis*.

In

In compoſitione *ad*, ut προσκαλῶ *advoco*.

Σὺν cum Dativo tantum

Cum) Σὺν τῷ Ἰωάννῃ *cum Ioanne*. ἐνίκησε) σὺν Ἀθήνῃ *vicit cum Pallade*, ideſt) *Pallade iuvante*.

Secundum) σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι *ſe-*) *cundum legem ſententiam ferre*.

In) Φεύγωμεν σὺν νηυσὶ *fugiamus cum*) *navibus*, ideſt *in navibus*.

In compoſitione *cum* συμβάλλω *coniicio*.

Ὑπὲρ cum Genitivo

Pro) πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν *ora pro nobis*.

De) ὑπὲρ ἧς διαλέξομαι *de qua diſseram*.

Supra ſu-) ὑπὲρ καπνῦ τίθησι τὸ πηδάλιον *ſupra* per) *fumum ponit ſtivam*. ὑπὲρ γῆς *ſu-*) *per terram*.

Cum Accuſativo

Supra) ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης *ſupra*) *magnum biatum maris*. ὑπὲρ ἅλα ναυ-) τίλλεσθαι *ſupra*, ideſt *per mare navi-*) *gare*.

Vltra) ὑπὲρ τὴν Θράκην ἡ Μακεδονία *ultra*) *Thraciam* ſita eſt *Macedonia*. ὑπὲρ τὰ) ἑκατὸν ἔτη βιῦν *ultra*, ſ. ſupra *centum*) *annos vivere*.

Praeter) ὑπὲρ μόρον *praeter fatum*.

Ὑπὸ cum Genitivo

Sub) ὑπὸ χιτῶνος *ſub tunica*. ὑπὸ μάλης) *ſub hala*.

Propter ſ. *Prae*) ὑπὸ νόσου ὐ περιπατεῖ *propter morbum non ambulat*. ὑπὸ σπουδῆς *prae diligentia*.

A vel *Ab*) ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται *ab igne conſumitur*.

Ex, de) ὑπὸ συνθήματος *ex compoſito*.

Per) ὑπὸ κήρυκος προηγόρευσε *per praeconem edixit*.

Cum Dativo

Sub) ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιςέλλει *ſub pelle leonina ridiculam ſimiam tegit*.

Cum) ὑπὸ δικαιοσύνῃ διάγειν τὸν βίον *cum iuſtitia*, ſcilicet *iuſte*, *vitam traducere*.

A, vel *Ab*) ὑπὸ δορὶ τυπεὶς *ab haſta percuſſus*.

Coram) λέγω δὲ ὡς ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι *dico tanquam coram Deo teſte*.

Ex) ὑπὸ τραύματι ἐταλαιπωρεῖ *ex vulnere male habebat*.

Cum

Cum Accuſativo

Sub) ὁ στρατιώτης ὑπὸ τὸν στρατηγὸν *miles*
) *ſub duce*.

Infra) ὁ μὲν ὑπεράνω, ὁ δ' ὑπ' αὐτὸν *alter*
) *ſupra, alter infra ipſum*.

In compoſitione ſignificat praeſertim *diminutionem*, ὑποδείδω *ſubvereor*; & *improbitatem materiae*, ut ὑπόχρυσος *aurum nequam*.

De Articulo.

CAPVT III.

ARticulus Praepoſitivus, dum Appellativis nominibus coniungitur, peculiarem quamdam vim, & emphaſim habet; ita δός μοι τὸ βιβλίον *da mihi Librum, illum* nempe, quem manu indico, aut de quo diſſerimus.

Dum iungitur adiectivo poſt nomen ſubſtantivum poſito, exprimit plerumque Participium verbi εἰμὶ, ut Σωκράτης ὁ ἀγαθὸς; Πλάτωνι τῷ σοφωτάτῳ, idem eſt, ac Σωκράτης ὢν ἀγαθὸς, Πλάτωνι σοφωτάτῳ ὄντι. Saepe tamen inter ſubſtantivum, & adiectivum poſitus ad rerum diſtinctionem, ſeu diverſitatem indicandam uſurpatur, ut λαγὼς ὁ θαλάσσιος *lepus marinus*.

Articulus non apponitur nominibus infini-

tis, aut interrogativis de re incerta: eleganter tamen iungitur nominibus interrogativis, quae indicant rem paullo ante memoratam, ut τὰ ποῖα; *quaenam? τὰ τίνα λέγεις; quaenam dicis? ὁ τὶς ἐρωτᾷς; quisnam interrogas?*

Cum Articulus solus ponitur, subauditur plerumque nomen, quod praecedit; ut Λόγος μὲν ὅτος πρῶτος, δεύτερος δὲ ὁ τῶν φιλοσόφων scilicet ὁ λόγος τῶν &c.

Si post Articulum reperiatur nomen proprium hominis in casu Genitivo, subintelligitur plerumque υἱὸς, aut θυγάτηρ: ita Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου scil. ὁ υἱὸς *filius Philippi*. Ἀθηνᾶ ἡ Διὸς scil. ἡ θυγάτηρ *filia Iovis*. Saepe supplendum est μήτηρ, γυνὴ, ἀδελφὸς, aut ἀδελφὴ; imo nonnumquam φίλος, sive ἑταῖρος, ut Μαρία ἡ Ἰακώβου scil. ἡ μήτηρ; Ἀνδρομάχη ἡ Ἕκτορος scil. ἡ γυνὴ; Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου scil. ὁ φίλος.

Saepe alia nomina, quae sensus postulat, subintelliguntur, ut τὰ Ἡροδότου h. e. συγγράμματα. τὸ τοῦ Σόλωνος h. e. ἀπόφθεγμα. Τὰ Ὁμήρου scil. ποιήματα. Τῇ μὲν ὕδωρ φέρει, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ πῦρ utrobique supplendum est χειρὶ.

Frequentissime subintelligitur participium neutrum verbi Substantivi, ut τὰ θαλάττης scil. τὰ ὄντα; semper autem subintelligitur participium aliquod, dum Articulus sine nomine praecedit praepositionem, aut etiam adverbium, ut οἱ μετ' Ἀχιλλέος scil. ὄντες; οἱ ἐν ἄγρῳ scil. διάγοντες; οἱ μεθ' ἡμᾶς scil. ἐσόμενοι.

Οἱ

Οἱ περὶ, vel ἀμφὶ Ὀρφέα ſcilicet ὄντες *Socii, Amici &c. Orphei*, vide Praepoſ. ἀμφὶ, & περὶ.

Τὰ τῶν ὀνύχων, vel τὸ τῶν ὀνύχων ſignificat οἱ ὄνυχες: τὰ vel τὸ τῆς ἐπανόδου idem ac ἡ ἐπάνοδος.

Articulus generis neutrius τεχνικῶς iungitur vocabulis, & orationibus quibuslibet, ut τὸ ἄνθρωπος ideſt haec dictio ἄνθρωπος. τὸ γυνὴ ſcilicet vocabulum hoc γυνὴ. Τὸ τὸν νέον φιλοκαλεῖσθαι.

Praepoſitivus Articulus uſurpatur nonnumquam pro *Interrogativis*, aut pro *Infinitis* nominibus, ut τῷ; pro τινὶ, εἴτῳ pro εἴτινι. Ita τῷ τρόπῳ δ' ἠναλλάγη; *quomodo vero eſt immutata?* ἤν τι τῷ τι ὑπισχνῶνται, *& ſicui quid pollicentur*. Adhibetur quoque loco Pronominis ὅτος &c. ut εἰ τὸ, καὶ τὸ ἐποίησε *ſi hoc, & hoc feciſſet.* τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη *huic autem reſpondens dixit.*

Ad diviſionem quoque mirifice inſervit, additis particulis μὲν, & δὲ. Ita τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ *ex hominibus alii quidem boni, alii autem mali ſunt*. Nonnumquam additur articulo ipſi vox τις, ut ὁ μέν τις, ὁ δέ τις *unus, alius vero &c.* τὸ μέν τι, τὸ δέ τι *cum, tum; partim, partim &c.*

Ad diviſionem adhibetur etiam Articulus Subiunctivus ὃς, ut ὃς μὲν πιὼν, ὃς δὲ μεθύει *unus quidem eſurit, alius vero ebrius eſt.*

Huic quoque Articulo Subiunctivo additur ſaepe τις, *atque ita fit* ὅστις, ἥτις, ὅτι; *quod ſignificat non ſolum* quilibet, quivis *&c. verum etiam ſimplex Pronomen Relativum* qui, quae, quod, *ut* ὅντινα quem, ἥντινα quam.

Nominibus autem πᾶς, ἑκάς *adiungi non raro ſolet Articulus Relativus hoc modo compoſitus, ut* πᾶς ὅστις quilibet, ἑκάντος οὑτινος nullius, μηδεμίαν ἥντινα nullam.

Reperitur etiam ὁπόστις quodvis, ἀπόστις quaelibet.

De Nomine Substantivo.

CAPVT IV.

SVbstantivum Nomen regit Genitivum, ut τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ *voluntas Dei*.

Loco substantivi abstracti adhibetur saepe adiectivum neutrum, ut τὸ ἐυμενὲς τοῦ Θεοῦ pro ἡ τοῦ Θεοῦ ἐυμένεια *Dei clementia*, τὸ νέον τῆς πόλεως pro ἡ νεότης τῆς πόλεως *iuventus civitatis*, τὸ Ἰωνικὸν τῆς στολῆς pro ἡ Ἰωνικὴ στολὴ *Ionica vestis*, τὸ τῆς χαρᾶς ὑπέρβαλλον *immensum gaudium*, τὸ πρόθυμον τῆς γνώμης *prompta animi affectio*.

Substantiva nomina hoc fere pacto saepe circumscribuntur βία Πριάμοιο *vis Priami* h. e. *Priamus* Ἰ'ς Τηλεμάχοιο *vis Telemachi* h. e. *Telemachus*. Υ'ὸς χρῆμα scil. Υ'ς *ius*. Ἐξαίρετον χρῆμα νεανίης *egregius adolescens*. χρῆμα βοσκημάτων ἐκ ὀλίγου *non exigua pecora*. Παῖδες Ἀχαιῶν *Achivi*. ἰητρῶν παῖδες *medici*. Γραφίων παῖδες *pictores*.

Propria hominum nomina ita saepe Graeci circumlocutione exprimunt οἱ περὶ Σωκράτης &c. Imo cum eiusmodi nominibus, & plurale, & singulare Verbum coniungitur; dicitur enim οἱ περὶ Σωκράτης ἔλεγον *Socrates dixit*, & οἱ περὶ Σωκράτης ἔλεγε.

Substantivum Nomen regit saepe Dativum *utilitatis* s. damni, ut κριθαὶ ὄνῳ *hordeum asino*; ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως *ex distributione singulis facta*.

Accusativum etiam *adiuncti &c.* ut Ῥήτωρ τὴν τέχνην *professione Rhetor*.

Nonnumquam duo Substantiva simul iunguntur, quorum alterum

rum adiectivi nominis vim habet, ut τὴν Ἑλλάδα φωνὴν pro τὴν ἑλληνικὴν φωνὴν *Graecam linguam*. Contra vero duo Adiectiva aliquando coniunguntur, quorum alterum vim habet Subſtantivi, ut γυναικεῖον στρατιωτικὸν pro στρατὸς γυναικεῖος *exercitus muliebris*.

De Nominibus Adiectivis.

CAPVT V.

GEnitivum regunt adiectiva *Scientiae*, *Communionis*, *Deſiderii*, *Dignitatis*; ut ξένος πράγματος *boſpes*, ſ. *ignarus* huius *rei*; ἄξιος ἐπαίνου *dignus laude*.

Copiae, & *Inopiae*, ut φρέαρ μεστὸν ἐλαίου *puteus plenus oleo*.

Diverſitatis, ut ἀλλότριον τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος *alienum a ſua Patria*.

Pretii, ut ἡ ἀρετὴ ὠνία τοῦ αἵματος *virtus eſt venalis ſanguine*.

Accuſationis, *Abſolutionis &c.* ut χεῖρας ἁγνὰς αἵματος *manus puras a ſanguine*.

Dominatûs, & *impotentiae*, ut ἐγκρατὴς ὕπνου *ſomno imperans*.

Compoſita ex particula privativa α, ut ἀδάπανος χρημάτων *qui pecunias non expendit*; ἄγευστος, ἀθέατος, ἄπιστος τούτου *qui hoc non guſtavit, non vidit, non credit*.

Nomina quae potentiam ſignificant, plerumque deſinentia in κος, ut παρεκτικὸς ἀγαθῶν *qui praebet bona*. παυστήριος νόσου *qui ceſſare facit morbum*.

Numeralia ordinis οὐδενὸς δεύτερος *nulli ſecundus*.

Nomina quae ſignificant *excellentiam*, ut ἁπάντων ἔξοχος, ſeu κορυφαῖος *omnium praeſantiſſimus*.

Quaedam per ellipſin, ut μακάριος τῆς θέας ſcil. ἕνεκα τῆς θέας *beatus viſionis* cauſsa. ἄθλιος τῆς τύχης *miſer infortunii* cauſsa.

Partitiva, ut ἕκαστος ἡμῶν *unuſquiſque noſtrum*, μόνη τῶν πόλεων *ſola inter urbes*. Partitivorum autem more plurima apud Graecos adiectiva nomina uſurpantur, ut πολλὴ τῆς ὁδῦ pro πολλὴ ὁδὸς *multa via*: ὠμὴ τῆς μερίδος pro ὠμὴ μερὶς *pars cruda*; οἱ ἡμίσεις τῶν ἄρτων; τὰ καλὰ τῶν ζώων *pulchra animalia*.

Ita quoque pro Σωκράτης ἐϛὶ σοφὸς *Socrates eſt ſapiens* dicimus Σωκράτης ἐϛὶ τῶν σοφῶν: & pro ξύλα μέγαλα dicimus τὰ ξύλα τῶν μεγάλων *ligna magna*, a quo non leviter ſenſu differt τὰ μέγαλα τῶν ξύλων quae *magna* ſunt *inter ligna*.

Dativum poſtulant adiectiva quae ſignificant *Aequalitatem*, *Commodum*, *Communionem*, *Convenientiam*, *Difficultatem*, *Favorem*, *Fidelitatem*, *Similitudinem*, *Vicinitatem*, *Voluptatem*, & his contraria.

Adiectiva paſſivae ſignificationis a Verbis derivata, ut οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ περιπόθητος *quibus ego honorabilis*, & *exoptabilis* ſum; ζηλωτὸς τοῖς ἄλλοις *dignus quem alii aemulentur*.

Adic-

Adiectiva etiam composita ex σὺν & ὁμῦ; ut σύντροφος τῇ παιδείᾳ *educatus simul in litteris*; ὁμόγλωσσος ἐμοὶ, *eiusdem linguae atque ego* sum.

Accusativum regunt adiectiva *laudis*, & *vituperationis*, ut ἀνὴρ μέγας τὴν βυλὴν *vir magnus consilio*, καλὸς τὸ εἶδος *pulcher aspectu*, θαυμάσιος τὴν τέχνην *mirandus arte*, scilicet κατὰ βυλὴν, εἶδος, τέχνην. Haec tamen Dativo quoque iunguntur, ut καλὸς τῷ εἴδει &c.

De Comparativis, & Superlativis.

CAPVT VI.

COmparativa Genitivum casum regunt, ut μείζων δὲ τύτων ἡ ἀγάπη *maior autem horum* [scil. *his*] *Charitas*.

Genitivus mutari etiam potest in alium congruentem casum, additis particulis ἢ, ἤπερ, ἠέπερ &c. ut Πέτρος ἐςὶ σοφώτερος ἢ Παῦλος *Petrus est sapientior, quam Paulus*; ὐδὲν κτῆμα σεμνότερον ἢ ἀρετὴ *nulla possessio venerabilior, quam virtus*; ἀνδράσιν ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν *viris melioribus, quam vos* estis.

Post particulas ἢ &c. eleganter adduntur praepositiones πρὸς, κατὰ, εἰς, vocesque ὅσον, & cum verbis ὡς; ut φρόνημα μεῖζον ἢ κατὰ γυναῖκα *animus maior, quam mulieri convenit*; μεῖζον ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι *maius, quam ut dicendo explicari possit*. μεῖζον ἢ ὡς φέρειν, & simpliciter μεῖζον ἢ φέρειν *maior quam ut ferri possit*.

Sine particulis ἢ &c. elegans est periphrasis alia per Praepositiones πρὸς, ὑπὲρ, ut ὕστερα τὰ ἄλλα πρὸς τὴν ἀρετὴν *virtute posteriora sunt alia*. φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς *prudentiores filiis*. Com-

Comparativa recipiunt augmentum, additis particulis ὅσω, τόσῳ, τοσούτῳ, πολλῷ, μᾶλλον, πολὺ, πολλῷ μᾶλλον: ita πολὺ γὰρ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι *multo enim facilius* eſt *parta tueri, quam* cuncta de integro *acquirere*; ποιητικώτερα μᾶλλον, ἢ ἀληθινώτερα *poëtica magis, quam vera*; πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον *multo promptius*; πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον *multo melius*: ita quoque dicitur οὐδὲν ἧττον *nihilo minus &c.*

Nomina *ponderis, quantitatis &c.* ut πολλαπλάσιος &c. Comparativorum ſyntaxim habent, ut ποιήσειεν ἂν κακὰ μυριοπλάσια ϑηρίω *infinitis partibus plura mala perpetraverit, quam bellua.*

Pro Comparativis ſaepe uſurpantur Poſitiva, ut κακὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ἀϑλίως pro κάλλιον &c. *melius eſt non vivere, quam infeliciter vivere.*

Imo pro Comparativis Superlativa etiam aliquando adhibentur, ut πλεῖσον σοῦ ἐμόχϑησα *laboravi magis quam tu*, h. e. πλείων.

Superlativum nomen conſtruitur cum Genitivo plurali, aut cum ſingulari Genitivo nominis collectivi, ut σοφώτατος ἁπάντων *ſapientiſſimus omnium*, ἐκπρεπέστατος τοῦ γένους &c.

Nonnumquam regit Dativum cum Praepoſitione ἐν, ut πρῶτον ἐν ποιηταῖς *primum inter Poëtas*. Poëtice autem cum praepoſitione μετὰ, ut μετὰ πᾶσιν ἀτιμώτατος *omnium contemptiſſimus*.

Superlativum accipit augmentum ope particularum λίαν, μακρῷ, πολὺ, ὡς, ὅτι, ὅσον, ὡς οἷόντε, ὡς δυνατὸν, ὅσῳ, τοσούτῳ &c. ut ὡς πλεῖστοι *quam plurimi*, λίαν φιλοπονώτατος *valde laborioſiſſimus*.

Res

Res aliqua cum ſe ipſa aliquando comparatur adhibito Comparativo, aut Superlativo nomine, ut ἀυτὸς ἀυτῦ ἐυχρύσερος *homo coloratior ſeipſo*; ἀυτὸς ἀυτῦ κράτιςος *homo fortior ſeipſo*.

De Pronomine.

CAPVT VII.

LOco Pronominis Poſſeſſivi, Graeci uſurpant plerumque Primitivum, ut οἶκος ἐμῦ pro οἶκος ἐμὸς *domus mea*, τρόπον ἐμαυτῦ, ψυχὴν ἑαυτῦ.

Poſſeſſiva ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν; σὸς, σὴ, σὸν in paſſiva praeſertim ſignificatione uſurpari ſolent: ita ἐυνοίᾳ ἐρῶ τῇ σῇ *dicam benevolentia tua*, h. e. qua te proſequor. τῷ ἐμῷ πόθῳ κατέφθιται *extabuit deſiderio meo*, quo nimirum deſiderabat me.

Poſt Pronomen Poſſeſſivum ponitur ſaepe Genitivus, qui convenit cum illo Primitivi Genitivo, qui a Graecis plerumque uſurpari ſolet, ut τἀμὰ τῦ κακοδαίμονος *res meas infelicis*; Δαὶς ἐμὸς ἀνώπιδος *levir meus impudicae*.

Pronomen Relativum ἀυτὸς regit caſum Dativum, ut τἀυτὰ χαίρειν τῷ δήμῳ *eadem gaudere populo* ſcil. *iiſdem gaudere, ac populus*. Saepe tamen pro Dativo aliae dictiones uſurpantur, ut τἀυτὸν ποιήσεις ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθῦν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγες *idem feceris ac ſi piſcem ex aqua extraxeris*.

Hoc ipſum Pronomen cum ſuo Subſtantivo nomine ponitur in ca-

casu Dativo qui regitur a tacita Praepositione σὺν, ut ναῦν αὐτοῖς τοῖς ἐπιβάταις *navem una cum ipsis vectoribus.*

Pronomina Reciproca usurpantur saepe loco Demonstrativorum, ut οἱ ὄμμασι δάκρυ pro αὐτῷ *ipsi excidit lacryma*; μίγισον μιᾷ' ἑαυτὸν *maximus post ipsum*; σφᾶς ἀφικνεῖσθαι pro αὐτούς. Relativum vero ἀυτὸς loco Reciproci saepe usurpatur: δῆμος κίνησιν ἐπ' ἀυτὸν pro ἐφ' ἑαυτὸν, sive ἐφ' ἀυτὸν, *motum populi contra se.*

De Verborum Syntaxi.

CAPVT VIII.

VErba Activa regunt Accusativum, ut φιλεῖν, ἢ ἀγαπᾶν τὸν πλήσιον *amare proximum.*

Verbis Passivis iungitur casus Genitivus cum Praepos. ὑπὸ, ἀπὸ, παρὰ, πρὸς, ἐκ. ἐξηπάτησθε ὑπὸ Φιλίππου *decepti estis a Philippo*: πρὸς Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων τετίμηται *a Deo, & hominibus honore affectus est &c.* Loco huius Genitivi est saepe Dativus, ut ταῦτα ἐμοὶ πεποίηται *haec a me facta sunt* pro ὑπ' ἐμοῦ.

Passivorum constructionem imitantur Verbalia ab ipsis orta, ut ἡ ὑπ' ἀρετῆς παίδευσις *institutio facta a virtute.*

Passiva Activorum loco saepe usurpantur, ut κοινωνὸς πεποίησθε participes feciſtis; φῆς ἡμᾶς πεπλάσθαι φιλίαν ais nos finxisse amicitiam.

Verba Media si active usurpentur, activorum Syntaxim imitantur; si passive, passivorum modo construuntur.

Verba Neutra passivorum Syntaxim imitantur, quum ad passiva ipsa significatione accedunt, ut τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν *mortuus est* scil. interfer-

terfectus eſt *a vobis*: ὑφ' ἐμοῦ ἐξέπεσον *a me abierunt*, ideſt eiecti fuerunt.

Verba Activa paſſive etiam uſurpantur, & in Neutra degenerant, ut ἀναλαμβάνω, ſupple ἐμαυτὸν *reficior*; προάγω *progredi*. Ita quoque Neutra non raro activam habent ſignificationem, ut ἄνδρας ἐπ' ἀυτὰς ἔβησε *viros eis impoſuit*; ζώσεις με *vivificabis me*.

Haec autem Verba omnia regunt Accuſativum nominis cognati, Verbalis, eiuſque relativi, ut λυπεῖ με λύπην *me dolore afficit*; ἄνδρα τύπτειν τὰς πληγὰς *virum plagis afficere*; κινεῖσθαι κίνησιν ἄπαυςον *moveri motu irrequieto*; οἱ ποταμοὶ οἶνον ἔῤῥεον *fluvii vino manabant*.

Eadem regunt quoque Accuſativum partis, vel adiuncti, ſubaudita praepoſitione κατὰ, περὶ &c. ut πονῶ τὰ σκέλη *laborare cruribus* ſcil. κατὰ τὰ σκέλη.

Solum Genitivum regunt

I. Verba quae animi affectionem ſignificant, ſcilicet verba *admirandi* θαυμάζω ὑμῶν *miror vos*; *Cupiendi* ὀρέγομαι τῆς σοφίας *appeto ſapientiam*, ἐρῶ τοῦ κάλλους *amo pulchritudinem*; *Curandi*, & *negligendi* ſ. *contemnendi* ἐπιμελοῦμαι σοῦ *curam tui gero*, ὀλιγωρῶ, καὶ καταφρονῶ σοῦ *negligo*, & *contemno te*.

II. Verba *Copiae*, & *indigentiae*, ut χρημάτων ἐυπορεῖν *pecunia abundare*, πόλις ἀνδρῶν ἐρημωθεῖσα *urbs viris orbata*.

III. Verba *Proprietatis*, & *Pertinentiae*, ut δεσπότου γίνεται *domini fit*; πρώτης ἐςὶ Φιλοσοφίας *eſt primae Philoſophiae*, ſcilicet *ſpectat ad* &c.

ἐςὶν

ἐςὶν ἀξιώματος μεγάλυ *est magnae dignitatis*; Φρενῶν τυγχάνει κακῶν *malae mentis est*.

IV. Verba *ſenſus* ἀισθάνομαι ψόφυ *ſentio ſtrepitum*; ἅπτομαι χειρὸς *tango manum*; ἀκύω σῦ *audio te*; μαθών μυ *quum didiciſſet ex me* ſcil. *quum audiviſſet me*.

V. Verba *adhaerendi* ἔχομαι, *arcendi* εἴργω *capeſſendi* ἀντιλαμβάνομαι, *conſequendi* τυγχάνω, *aberrandi* ἁμαρτάνω, *concedendi* παραχωρῶ; *diſtandi* διέχω, πολλοῦγε καὶ δεῖ *multum abeſt*, ὀλίγυ δέω λέγειν *parum abeſt quin dicam*; *differendi* διίςημι, *ignoſcendi* συγγινώσκω, *imperandi* ἄρχω, *impertiendi* μεταδίδωμι, *incipiendi* ἄρχομαι, *deſinendi* παύομαι, λήγω; *parcendi* φείδομαι, *participandi* μετέχω, *privandi* ςερέω, *ſeparandi* χωρίζω, *ſuperandi* κρατέω.

Genitivum cum alio Caſu

Verba *petendi* δεήσομαι ὑμῶν τὰ δίκαια *petam a vobis iuſta*. *Pretii*, atque *vendendi* & *emendi*, τοῦτο δέκα ταλάντων τιμῶμαι *hoc decem talentis aeſtimo*; χρυσᾶ χαλκείων ἠλλάξατο *aurea aeneis permutavit*; πέντε δραχμῶν ὠνησάμην *quinque drachmis emi*; περὶ πλείονος ποιήσαθαι *pluris facere*, vel aeſtimare.

Verba *accuſandi*, & *condemnandi* κατηγορῶ σε τῆς ἁμαθίας, & κατηγορῶ συ τὴν ἁμαθίαν; ἑάλω κλοπῆς, καὶ ἀσεβείας *convictus eſt furti*, & *impietatis*, quod per participium etiam ita exprimitur ἑάλω κλέπτων, ϗ ἀσεβῶν. Ver-

Verba quaedam deficiente praepoſitione ἀπὸ, vel adverbio ἔπειτα, ut εὐδαιμονίζω σε τῆς εὐτυχίας h. e. ἔπειτα τῆς &c. *beatum te praedico felicitatis cauſſa*. Λύω σε τῶν δεσμάτων ideſt ἀπὸ, *ſolvo te a vinculis*,

Materia, pars, & principium ortûs genitivo efferuntur, ut ξύλου ſ. ἐκ ξύλου τι ποιῶ *aliquid ex cedro facere*; ἐκ τῆς οὐρᾶς, ſ. ſimpl. τῆς οὐρᾶς ζῶον λαμβάνεσθαι *animal cauda comprehendere*, ἕλκει σε τριχῶν *trahit te capillis*, Τελαμῶνος Αἴας ἐγεννήθη *Aiax Telamone natus eſt*.

Dativum regunt

Verba *acquieſcendi* ἔργῳ τοῖς παροῦσι contentus *ſum praeſentibus*; *adorandi* προσκυνῶ τῷ θεῷ, *aggrediendi* ἐπιχείρω τῷ ἔργῳ; *certandi* & *contendendi* μάχομαι, καὶ ἀμφισβητῶ σοι, *converſandi* ὁμιλῶ, χρῶμαι τοῖς φίλοις; *incidendi* νόσῳ περιπίπτω, *invidendi* φθονῶ σοι, *laetandi* χαίρω, τέρπομαι τῇ μουσικῇ, *precandi* εὔχομαι θεοῖς, *reprehendendi* ἐπιπλήττω σοι, *ſequendi* σοὶ ἀκολουθῶ, praeter alia omnia, quae apud Latinos quoque Dativum poſtulant.

Item Verba compoſita ex praepoſit. ἐν, σὺν, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς; προσπίπτει σοι ἡ πόλις, ὑπῆλθεν ὕδατι.

Ἀμύνομαί σοι ſignificat *ulciſcor iniuriam tibi illatam*, ἀμύνομαί σε *ulciſcor* & *punio te*: idem contingit in Verbis ἐκδικῶ, τιμωρῶ &c.

Duplicem Accuſativum regunt

Verba *docendi*, *monendi*, *celandi*, *interrogandi*, *poſcendi*, *induendi* & *exuendi*, *accuſandi* & *evadendi*, *adimendi* ac *privandi*, *bene* ac *male*

faciendi, *bene* ac *male dicendi*; ut μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρα μηδέν σε ἠδικηκότα *ne convicieris viro*, *qui nulla te laeſit iniuria*.

Verba haec retinent quoque Accuſativum in paſſiva ſignificatione: τὰ θεῖα μεμυημένος *qui divinis myſteriis initiatus eſt*.

De Verbis Ἔχω, Ἄγω, Εἰμί.

Ἔχω iunctum adverbiis admittit caſum adverbiorum ipſorum, ἐμπείρως ἔχει τοῦ λέγειν *eſt peritus dicendi*; ἑτεροκλινῶς ἔχει πρὸς ἡδονὴν *eſt ad voluptatem propenſior*; ὕτως ἔχω τῆς γνώμης *ſum in hac ſententia*.

Dicitur quoque ἄγω σε ἐν τιμῇ, vel διὰ τιμῆς *te honoro*; ἔχω σε διὰ θαύματος *te admirer*; ποιοῦμαι ἐν αἰτίᾳ *crimini do* ſ. *verto*; εἰμὶ ἐν αἰτίαις *accuſor*.

Tertia perſona ἐϛὶ iungitur cum variis articuli Relativi caſibus; & cum variis adverbiis iuncta ad diverſa eleganter ſignificanda uſurpatur, ut ἐϛὶν ὅτινες *nonnulli* ſ. *quidam*; οὐκ ἐϛὶν ὅτινες *nulli*, ἐϛὶν ὃς *aliquos*, atque ita per omnes caſus, & genera. Ἔϛὶν ὅτε *aliquando*; ἐϛὶν ὡς, ἐϛὶν ὃν τρόπον *quodammodo*, ἐϛὶν ὅπως *aliquomodo*, ſ. *fieri poteſt*; ἐϛὶν ὅπου *alicubi*, & interrogando *ubi*?

De

De Conſtructione Modorum.

Indicativus ponitur ſaepe pro Optativo οὐκ ἐζήτων δι' ὧν δουλώσωσι *non quaerebant per quem* ſervirent pro δουλώσειαν: ἃ μήποτε ὤφελον συνίβη *quae utinam numquam contigiſſent*.

Item pro Subiunctivo ὅπλοις εἶχον ᾧ οὐκ ἐξικοῖντο *nulla habebant arma quibus ſe mutuo non attingerent*; οὐκ οἶδα εἰ πεποίηκε *neſcio an fecerit*.

Aoriſtus 1. Imperativi ponitur nonnumquam pro Futuro 1. Indicativi οἶδα ὅτι ποίησον *ſcio te facturum*, ſive *quod facies* pro ὅτι ποιήσεις

Optativus pro Indicativo ἔλιξαν ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ βασιλεὺς pro ἔπεμψε *dixerunt quod Rex ipſos miſit*. Et pro Subiunctivo ἐὰν ἔλθοις *ſi venteris*, ὡς εἴ τις ἄχθοιτο *quemadmodum ſiquis iraſceretur*. id autem fit praeſertim cum particulis ὅτι, ὥσπερ, ὡς, ὅσοι, ὅτε, ὡς.

Coniunctivi Praeſens per Futurum ſaepe accurate explicari poteſt, ut ὁπόσα βούλῃ *quaecumque volueris*, τί λέγω *quid dicam?*

Infinitivus pro Imperativo frequentiſſime uſurpatur μέτρῳ φάγειν *moderate manduca*.

De peculiari ſignificatione temporum, quibus iungitur particula ἄν, inferius dicetur.

De Infinito.

CAPVT IX.

Verbum, cui Verbum aliud praecedit, ponitur in Infinitivo modo cum Accuſativo caſu, ut φημὶ τούτους ἐπαίνου ἀξίους μάλιστα εἶναι *dico hos laude dignos maxime eſſe*; οἶδα πολλοὺς ἐλπίζειν *ſcio multos ſperare*, quod ita etiam exprimi poteſt οἶδα πολλοὺς ὅτι ἐλπίζουσι.

Quum oratio in eadem perſona ſubſiſtit, non eſt opus Accuſativo Pronominis, ut ἔφη ποιήσειν *dixit ſe facturum*; ὑπέσχετο βοηθήσειν *promiſit ſe opitulaturum*.

Cum Infinito coniungitur ſaepe Nominativus, ut λέγω εἶναι φίλος

λος dico me esse amicum ; φησὶν ἅτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγὸς dixit hic se fuisse meliorem ducem.

Cum Praesenti Infinit. εἶναι *casus alii coniungi possunt ; si praesertim regatur a verbis* ἔξει, ἔξεστι, ὑπάρχει *&c. ut* σοὶ συκοφάντῃ εἶναι ὑπάρχει tibi licet esse calumniatorem ; οἷς προσήκει ἀγαθοῖς ἀνδράσιν εἶναι quibus convenit, ut probi viri sint ; τῶν δοκούντων εἶναι ἀγάθων qui videntur esse boni.

Verba, quae apud Latinos regunt Subiunctivum, apud Graecos Infinitivum etiam regere solent, ut *ὀλίγου ἐδέησεν ἀποκτεῖναι parum abfuit quin interficeret ; κινδυνεύεταί μοι διαφθαρῆναι : γυμνὰς εἰσιέναι νομίζεται mos est, ut nudi ingrediantur.*

Verborum Futurum Graeci ita saepissime circumloquuntur *μέλλω ποιεῖν*, vel *ποιήσειν* pro *ποιήσω faciam ; μέλλει λέγεσθαι*, vel *λεχθήσεσθαι* pro *λεχθήσεται dicetur.*

Non solum verba, sed aliae quoque orationis partes Infinitum apud Graecos regunt ; nimirum I. Adiectiva nomina, ut *δεινὸς λέγειν gravis in dicendo, δίκαιον φέρεσθαι quod ferre iustum est, ἐπίδοξος παθεῖν quam pati glorioſum est ; οἷός τε ἐστὶ λογίζεσθαι.*

Regitur quoque Infinitum ad Adverbiis ὅσον, πρὶν, ἐφ' ᾧ ; a Coniunctionibus ὡς, ὥστε &c *ὅσον κἀμὲ εἰδέναι quantum ego sciam.*

Infinitum ponitur saepe absolute sine ullo verbo a quo regatur : συνελόντι φάναι ut concise dicam ; ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν ut ita dicam.

Infinitum εἶναι *saepe abundat, ut* τὸ νῦν εἶναι *pro* νῦν ; ἐκὼν εἶναι *pro* ἑκών.

Pro Infinitivi Futuro & Praesens, & Aoristus saepe usurpantur: *τί ποιεῖν ἂν, ἢ τί οἴεσθε λέγειν* pro *ποιήσειν* & *λέξειν*.

Quomodo pro Infinito usurpetur Participium, ut *μέμνησθε δὶς δεθέντα meministis bis ligati*, pro *μέμνησθε δὶς δεθῆναι meministis bis ligatum fuisse* vid. in sequenti Capite. In-

Infinitum cum neutro articulo coniungitur; & veluti nomen quoddam neutrum uſurpatur, ut τὸ πλυτεῖν ἐςι ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι *divitem eſſe conſiſtit magis in uſu, quam in poſſeſſione.*

Verbum Infinitum cum Articulo τῦ vim habet Latini Gerundii in *di*, cum articulo τῷ reſpondet Gerundio in *do*; cum τὸ accuſativo articuli neutrius ſignificat ſaepe Gerundium in *dum*. Τῦ νικᾶν ἕνεκα ἦλθε *venit vincendi cauſſa* ὥρα τῦ πορεύεσθαι *tempus eundi*. εὖ πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν *ad irridendum bene a natura conſtitutus*, ἐν τῷ κεκτῆσθαι *in poſſidendo*.

Gerundium paſſivum exprimitur ſaepe per nomina verbalia in τεον, ut λεκτέον, ποιητέον &c. quorum nominum peculiaris eſt Syntaxis Dicitur enim ὐ δουλευτέον τούτοις *non eſt ſerviendum his*; πορευτέα εἶναι pro πορευτέον *eundum eſſe*; ἰυθὺς διαλυτέον τὰς φιλίας *ſtatim ſolvendae ſunt amicitiae*; γραπτέον μοι ἐπιςολὴν *ſcribenda eſt mihi epiſtola*.

De Participiis, eorumque uſu.

CAPVT X.

MAximus eſt Participiorum uſus apud Graecos, qui propterea φιλομέτοχοι dicuntur. Etenim I. Pro Verbi alicuius tempore ponitur eius Participium cum verbo ſubſtantivo εἰμὶ, ὑπάρχω, γένομαι; apud Poëtas vero κύρω, πέλω, πέλομαι, τελέθω &c. ἐτυγχάνομεν τρέχοντες pro ἐτρέχομεν *currebamus*, ἀνῃρημένος ὑπάρχει *ſublatus eſt* ὐ σιωπήσας ἔσῃ *non tacebis*, γενεσθήτω προσέχοντα *attendant*.

Imo ipſum verbum ſubſtantivum ita circumloquimur per aliud ſubſtantivum verbum ut *φίλος ὢν τυγχάνω ſum amicus*.

Ἔχω, & φθάνω cum Participio, eius tempus eleganter ſignificant, ut ἔσχον λαβὼν pro ἔλαβον *accepi*; ἡρπακότες ἔχομεν *rapuimus*; ἔφθη κατακωλυθεὶς *impeditus eſt* pro κατεκωλύθη.

Participia ἔσχων, & ἀπιὼν ſaepe redundant, ut ληρῶν ἔσχεν *nugaris*, ἔσχετο ἀπιὼν *abiit*.

Participium pro Infinito frequentiſſime uſurpatur, ut ὅπου πυνθάνωνται ἀυτὸν ὄντα pro εἶναι *ubi audierint ipſum eſſe*; δείξω πεποιηκὼς *oſtendam me feciſſe*; φαίνεται παίζων *apparet quod ludit*, ſive eum *ludere*. Id vero fit praeſertim cum Verbis *perſeverandi*, *deſiſtendi*, *affectionem animi*, *notitiamve* ſignificantibus, ut φιλῶν με διατέλει *amare me perge*, παύσασθε ἐρίζοντες *ceſſate contendere*, οὐκ ἔνεγκα τυραννούμενος *non tuli me imperioſe cogi*; συνοῖδά μοι μὴ προσποιουμένῳ *ſcio me non finxiſſe*.

Additur nonnumquam adverbium ὡς, ut οὐκ ἤδεις ὡς κομίζειν δέον; *neſciebas quod ferre oportet?* πιστεύω ἡμᾶς ὡς ἕξοντας *credo vos habituros*.

Participium Verborum *incipiendi*, & *deſinendi* per Adverbium optime explicari poteſt, ut τελευτῶντες ἀπῆλθον *tandem abierunt*; ἤλιγα τῦτο ἀρχόμενος τὸ λόγυ *dixit hoc initio orationis*; Αἴγα ἄνυσας *die cito &c.* μιταξὺ λυόμενος *interim dum lavaretur*.

Idem quoque fit cum adiectivis quibuſdam ut δῆλος ἐστὶ στέργων *manifeſtum eſt* cum *diligere*; ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων *ſi pateat aliquem furari*.

Elegans eſt apud Atticos uſus verbi ſubſtantivi cum Participiorum quorumdam dati-

vo

νο ἐὰν βυλομένῳ σοὶ ἢ *ſi tu volueris*; εἴ σοι ἡδομένῳ ἐϛὶ *ſi delectaris*, ſive *ſi tibi placet*; θέλοντι κἄμοι τῦτ' ἂν ἦν *vellem hoc & ego*; ἦν δὲ οὐ τῷ Ἀγεσιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα *non aegre ferebat haec Ageſilaus*.

Quod Latini exprimunt Ablativo abſoluto; id exprimunt Graeci genitivo Participiorum ut γενομένης ἐκκλησίας *habita concione*; ἐμοῦ παρόντος *me praeſente*, ſive *quum ego adeſſem*.

Idipſum Accuſativo quoque nonnumquam exprimitur, additis particulis ὡς, ὥσπερ, ut ὡς δὲ ἀκίνδυνον αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον *quaſi opus ipſis ſine periculo futurum eſſet*; ὥσπερ ἐκ αὐτῷ χώραν τινὰ ὖσαν *quum nulla ipſi regio eſſet*.

Attici utuntur hoc Accuſativo Participii neutrius generis ſine ulla particula ὡς *&c* ἐδοξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα haec quum nobis viſa eſſent, ἐξὸν αὐτῷ cum liceat, *aut* liceret ipſi; μικρῦ δεῖσαν quum parum abeſſet; ἀκουσθὲν αὐτῷ quum auditum ab ipſo fuiſſet; ἑτέρων ἔτερα quum opus eſſet aliis.

De ſignificatione Verborum cum Coniunctione ἄν.

CAPVT XI.

COniunctio ἄν, apud Poëtas autem κε, & κεν I. *potentialiter* δυνητικῶς ſignificat; ſupplet nimirum modum Potentialem, atque adiungitur omnibus fere Modis, & Temporibus.

Indicativi

Praeſ. δίκως ἂν ἂν ὀρθῶς καπνῦται *corpus non recte fumet, vel fumaret*.

Imperf. ἄριστοι ἂν ἐτύγχανον *optimi eſſe poſſent*.

Pluſq. Perf. τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει *pacem non obtinuiſſet ſ. obtinere non potuiſſet*.

Aor. I. οὐδὲν ἂν ἔπραξε *nihil feciſſet*.

Aor. II. ἡσυχίων ἂν ἦγον *quieſcerem*, vel *quieviſſem*.

Optativi

Praeſ. εὐχοίμην ἂν *optem*.
Praet. τετύφθαιμι ἂν *verberaverim*, vel *verberaviſſem*.
Aor. I. γράψαιμι ἂν *ſcriberem*, vel *ſcripſiſſem*.
Aor. II. ἔφθιτο ἄν *periret*, vel *periiſſet*.
Aor. Acol. σὺ γὰρ ἂν τῦτο ποήσειας; *tu enim* ut *id feceris*?
Fut. I. ὃ πιςεύσειμι ἂν τῦτο *non crediderim hoc*

Subiunctivi

Praeſ. καλὸν ἂν ᾖ *pulchrum ſit*.
Praet. μάτην ἂν κεκτώμεθα *fruſtra poſſideremus*.

Infinitivi

Praeſ. οἶμαί σε γράψειν ἂν *puto te ſcripturum*.
Aor. I. ἐλπίζω χρήσασθαι ἂν *ſpero me uſurum*.
Aor. II. ἡγοῦμαι πάντας ἂν εἰπεῖν *puto omnes dicturos fuiſſe*.
Fut. I. ὑπολαμβάνει ὑμᾶς καταφρονήσειν ἂν *ſuſpicor vos contempturos*.

Participium.

Praeſ. σιωπῶ ἔχων ἂν εἰπεῖν *taceo habens quae poſſim dicere*, vel *quum poſſim dicere*.
Aor. I. εἰμὶ τῶν ἐδίως ἂν ἐλεγξάντων *ſum ex iis qui facile poſſent reprehendere*.
Aor. II. ὡς ἔποτ' ἂν ἐλθὼν *ut qui numquam venire poſſit*, vel *potuiſſet*.

II. Ἀοριςολογικῶς *indefinite*, quum nempe indefinitam loci, temporis, aliorumque id genus ſignificationem habet. Hoc modo cum Optativo, & Subiunctivo fere iungitur, & Verbo tantum praeponitur, ut ὅ τι ἂν λέγοις *quidquid dicas*; ὁπόσα ἂν ἐθέλῃς *quaecumque voles*.

III. Παραπληρωματικῶς *abundanter* quum nimirum particula ἂν abundat, ut οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμι ἂν *ne lac quidem avium huic vitae praetulerim*.

Nonnumquam Coniunctio ἂν ἐλλειπτικῶς *defective* ad orationem ſpectat, quum nempe ſubintelligitur, licet abſit; ut πῶς τις πεί-θοιτο; *quomodo aliquis obtemperaret* &c.

Si

Si Propoſitioni, cui inſervit εἰ, reſpondeat Redditio, cui inſerviat ἄν, utraque effertur per hos Modos.

Per Indicativum

εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὀνομάζοιτε: *ſi ſaperetis neque nominaretis*, ſcil. *ne nominaretis quidem*.

εἰ μὲν Ἀλέξανδρος ἦμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα; *ſi eſſem Alexander, haec accepiſſem*.

εἰ κατηγόρησε κἀγὼ ἂν ἀπελογούμην; *ſi accuſaret, & ego me defenderem*.

εἴ τις φίλων εἶδεν, οὐκ ἀνέγνω: *ſiquis amicorum vidiſſet, non cognoviſſet*.

Per Optativum

εἰ τοὺς Θεοὺς ἔχει φίλους, ἀρίστην μαντικὴν ἂν ἔχοι: *ſi Deos quis habeat amicos, optimam divinationem habet*.

εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν, ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν: *ſi alterutrum neceſſe eſſet, facere, aut pati iniuriam, mallem accipere, quam facere*.

ἦτ' ἂν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη; *profecto ulciſcerer, ſi poſſem*.

Per Optativum εἰ, per Indicativum ἄν.

εἰ δόξαι τἀληθὲς αὐτῷ, εὐθὺς ἂν ἐπείσθη: *ſi verum illi viſum eſſet, ſtatim fuiſſet perſuaſus*.

εἰ λυπεμένην γ' ἔσθοι, Νιτάριον ἂν ὑποκορίζετο: *ſi triſtem eſſe ſenſiſſet*, Nitarium *per blanditias appellabat*.

εἴ τινα λάβοιεν ἀπέκτεινον ſubint. ἄν: *ſiquem nacti eſſent, interficiebant*.

Per Indicativum εἰ, per Optativum ἄν. ἀνόητος ἂν εἴη, εἰ καταφρόνησε; *ſtultus eſſet ſi contempſiſſet*.

εἰ δή σοι ὑποίξομαι, δειλὸς ἂν καλοίμην: *ſi tibi cederem, ignavus vocarem*.

μακάριόν μέ τις θεῶν ἄμειλλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων pro εἰ ἔτυχον, ἄμειλλεν ἄν: *beatum me aliquis Deorum redditurus fuerat, ſi te uxorem duxiſſem*.

De Menſura, Spatio, Tempore.

CAPVT XII.

I. *Menſura* ita a Graecis exprimitur ὁ Μαίανδρός ἐϛιν εὐρὺς δύο πλέθρα, vel δύο πήχεις *Maeander eſt latus duo iugera, vel duos cubitos*; frequentius autem Μαίανδρός ἐϛι τὸ εὖρος τεϛτάρων ϛαδίων, vel τέϛταρες ϛάδιοι Dicitur quoque ποταμὸς ϛαδιαῖος τὸ πλάτος ſcil. κατὰ τὸ πλάτος *fluvius latus ſtadium unum.*

II. *Spatium* Accuſativo, vel Dativo exprimitur, ut ἀπέχει ϛάδια, vel ϛαδίοις πέντε *diſtat quinque ſtadiis.*

Genitivo quoque caſu per ellipſin effertur: ἀπέχει πλειόνων ἡμέρων ſcil. τὴν τῶν πλειόνων ἡμερῶν ὁδὸν *diſtat plurium dierum itinere.*

III. Quod autem ad *Tempus* attinet, Quaeſtio *quando* Genitivum, & Dativum poſtulat additis, vel ſubauditis Praepoſitionibus ἐπὶ & ἐν, ut ἡμέρας, καὶ νυκτὸς μελετᾷν *die, ac nocte meditari*; τῇ αὐτῇ, vel ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ *eadem die.*

Aliquando effertur per Accuſativum ſubaud. Praepoſ. κατὰ, ut ἦλθε τὸν ὥραν *venit tempori*. Interdum adiectivum abſolute ponitur, ut ἦλθε τριταῖος *venit tertia die*, ἠῶθεν *mane*, ἑσπερινὸς *veſpere*, χθιζὸς *heri* &c.

Quaeſtio *quamdiu* poſtulat *Accuſativum* cui adduntur ſaepe Praepoſ. ἐπὶ & παρὰ; *Dativum* quoque, & *Genitivum* addita interdum Praepoſ. διὰ, ut Ἀθήνησιν ᾤκησεν ἔτη, vel ἔτεσι;

vel

vel ἐτῶν ἑνὸς δέοντος εἴκοσι *Athenis habitavit annos undeviginti*. ἐπί τινας ἡμέρας ἡσυχίαν εἶχόν *quieti dies aliquot* ſ. *per aliquot dies fuerunt*, ἐργαζεται ἐν παμπλείσοις ἔτεσι *annis quamplurimis operatur* ſ. *laborat*; πέντε ὅλων ἐτῶν λαλεῖν οὐδὲν *quinque integris annis nihil loqui*; τῦ πολλῦ χρόνυ οὐκ ἐώρακα *a multo tempore non vidi*.

Saepe adjectivum ponitur, ut νύκτα παννύχιος *tota nocte dormit*, πανημέριος ἔδραμε *tota die cucurrit*.

De Adverbiis.

CAPVT XIII.

GEnitivum regunt pleraque Adverbia, nimirum 1. *loci* ἐγγὺς τῆς πόλεως *prope urbem*, πόῤῥω τῦ Διὸς *longe a Jove*, πρόσθε θυρῶν *ante fores*, ἔξω τῆς πόλεως *extra urbem*. 2. *Temporis* μετάξυ κινδύνων *inter pericula*, εὐθὺς τῦ δείπνυ *ſtatim a coena*, μέχρι, vel ἕως τῆς ἑσπέρας *uſque adveſperam*. 3. *Numeri* ἅπαξ, vel δὶς ἐνιαυτῦ *ſemel*, vel *bis in anno*. 4. *Ordinis* ἐφεξῆς τῦ ἑνὸς *deinceps poſt unum*, ἐχομένως τύτων *poſt haec*. 5. *Cauſſae* ἕνεκα τῆς ἀληθείας *propter veritatem*, χάριν τῶν πόνων *gratia laborum*. 6. *Similitudinis* ποταμῦ δίκην *inſtar fluvii*. 7. *ſeparationis* χωρὶς ἄλλων *ſine aliis*, ἄτερθε πόνων *ſine laboribus*. 8. *Exceptionis* πλὴν χρημάτων *excepta pecunia*. 9. *Copiae* ἅλις ἁλὸς *ſatis ſalis*. 10. *Celandi* λάθρα τῶν ἄλλων *clam aliis*. Demum Adverbia omnia,

omnia, quae formantur ab Adiectivis genitivum habentibus, ut ſunt praeſertim Comparativa, Superlativa, & alia plura. Adverbia *demonſtrandi* ἰδὲ, ἴδε Nominativum, & Accuſativum regunt, ut ἰδὲ Ῥόδος, ἴδε ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ.

Dativum poſtulant Adverbia *congregandi*, ut ἅμα τῇ ἡμέρᾳ *ſimul cum die*, *ſ. prima luce*; ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις *una cum ſociis*. Praeterea Adverbia omnia nata a nominibus, quae cum Dativo conſtrui ſolent, ut ὁμοφώνως ἄλλοις *convenienter aliis*, ὁμοίως τοῖς μάλιστα *quam qui maxime*.

Accuſativum poſtulant adverbia *iurandi*, ut νὴ τὸν Δία *per Iovem*, μὰ τὸν Ἀπόλλω *non per Apollinem*.

Ὦ Adverbium *vocantis*, *exclamantis*, & ὦ *admirantis* cum caſibus omnibus, praeterquam cum Dativo, coniungitur, ὦ Ζεῦ τί λέξω *o Iupiter quid dicam*; ὦ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος *o meam miſeriam*; ὦ ἔβενος, ὦ χρύσος *o ebenum*, *o aurum*; ὦ πήγης πολυχεύμονος *o fontem uberem*; ὦ ἐμὲ δειλὰν *o me miſeram*!

Nonnumquam, omiſſo ὦ, ponitur tantummodo nominis Genitivus, ut τῆς τύχης *o fortunam*. Interdum Vocativus, & Genitivus ſimul iunguntur, ut ὦ Ἄπολλον τῆς εὐδαιμονίας τῆς ὑπερβαλλούσης *o Apollo magnam felicitatem*.

Eadem fere eſt Syntaxis Adverbiorum φεῦ & οἴμοι; φεῦ τῆς ἀλλαγῆς *heu mutationem*; οἴμοι κακοδαίμων *hei miſero mihi*; οἴμοι τῆς μεταβολῆς *hei mihi ob mutationem*, ubi forte ſubauditur ἐμοὶ.

Adverbia *qualitatis* frequenter, & elegan-

ter

ter cohaerent cum Verbis ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, addito caſu illius adverbii, ut ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων *prodigus eſt pecuniae*; τῶν ἐν ἀγορᾷ οὐκ ἀπείρως ἔχει *non eſt imperitus rerum forenſium*; εὖ διακείμενος, καὶ καλῶς *bene affectus*.

Quaenam Adverbia Infinitivo coniungantur ſuperius Capite XI oſtendimus. Inter haec ὡς & ὥςε non ſolum Infinitivum, ſed Indicativum etiam regunt, ut ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην *ut vidi, ut inſanii*; Optativum quoque ὡς μηδὲν ὑπὸ τῶν ὄχλων βιαθείη *nequa illi vis a turba inferretur*, ὥςε μηκέτι πολεμήσωμεν *ne amplius bellum geramus*.

Εἴθε μὴ γίνεσθαι *utinam non eſſes*; αἴθε vero, ἀίθε, & ὡς optativae particulae, praeponuntur Praeterito Imperfecto ὄφελον ſ. ὤφελον & Aoriſto II. ὄφελον ſ. ὤφελον ſequente Infinitivo: ὡς ὄφελες ὄλεσθαι *utinam periiſſes*; ἀίθ' ὄφελές τ' ἦμεναι *utinam eſſes*.

Adverbia aliquando adſciſcunt ſibi Praepoſitionem, ut μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον *uſque ad ſolem*.

Adverbium cum Articulo ponitur ſaepe loco Adiectivi nominis, ut ὁ χθὲς pro χθίζος *heſternus* Contra vero Adiectiva quaedam ponuntur pro Adverbiis, ut χθίζος ἦλθεν *heſternus venit*, pro χθὲς ἦλθε *heri venit*; ταχὺς ἦλθε *celer venit* pro ταχὺ *cito* ſ. *celeriter*.

In Graecorum Syntaxi peculiaris eſt negativorum Adverbiorum uſus. Etenim quum duo ſimul ſunt verba, quorum prius alterum regit, priori praeponunt negationem, quae alteri ſolum eſſet praeponenda: ut οὐ φημί σε εἰδέναι, pro φημὶ οὐκ εἰδέναι σε *dico non noſse te*; μὴ προσποιοῦμαι τοῦτο εἰδέναι pro προσποιοῦμαι μὴ εἰδέναι τοῦτο *fingo me neſcire hoc*.

Ὅσον ἀ, ὅσον ἔπω, μόνον ἀ ſignificant *fere, circi-*

citer; ὅσον οὐδέτω, ὅσον οὐκ ἤδη *quam primum, iam iam &c.*

Duae negationes plerumque non affirmant, ut apud Latinos, ſed negant,: χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν *ſine me non poteſtis facere nihil*, ſcilicet *quidquam*, οὐ μὴ ποιήσω *non faciam*, μηδαμῇ μηδαμῶς *nequaquam*, *nullo modo &c.* ἔξαρνός εἰμι μὴ ποιῆσαι *nego me feciſſe*; μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθεύσαμενος *niſi antea vera dixiſſem.*

Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, praecedente negativa oratione aliqua, ſignificat *multum abeſt*: ideoque ταῦτα μήπω γέγονεν, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ idem eſt, ac ταῦτα μήπω γέγονεν οὐδ' ὀλίγου δεῖ *haec nondum facta ſunt, & multum abeſt*, ſive *& non parum abeſt.*

Adverbia Interrogandi Verbo ſuo aliquando poſtponuntur, ut ἦρχε πότε; ὑπάγεις ποῦ; ἔσται δὲ τοῦτο πῶς, pro ποῦ ὑπάγεις; πῶς δὲ τοῦτο ἔσται;

De Coniunctionum ſyntaxi nihil eſt cur fuſe nunc diſſeramus. Satis de Coniunctione ἄν & εἰ in XII. Capite diximus: quae ad reliquas Coniunctiones attinent, non tam praeceptis & legibus, quam uſu & lectione ſunt addiſcenda.

De Conſtructione figurata.

CAPVT XIV.

SYntaxeos figuratae, quae nimirum ab Vniverſalibus regulis recedit, varia ſunt genera, quae totidem conſtituunt genera *Figurarum*, quarum praecipuas hic ſubiiciemus.

I El-

I. *Ellipſis* aliquid omittit in oratione, quod ſupplendum eſt. Omittuntur autem 1. *Nomina* ut πολὺν ἴπνις ſuppl. οἶνον *multum bibiſtis* ſ. *vinum*; μιταλλάττω ſuppl. βίον *finio* ſ. *vitam* ſcil. morior; εἰς πολιμίαν ſup. χώραν *in hoſtilem* ſ *regionem*; πρὸς ὀρθὴν ſup. γραμμὴν *ad rectam* ſ *lineam*; τῇ ἐπιούσῃ ſup. ἡμέρᾳ *poſtridie*. 2. *Verba*, *aut Participia* ἔκαϛοι ὅσον ἀτοζῆν ſup. ὅσον δεῖ εἰς ἀπιζῆν; χαίρειν ſup. προσάττω *valere iubeo*; ὡς ἀκῆσαι ſup. συνίβη *quantum audire* ſ. contigit. 3. *Praepoſitiones* διδάσκει μισθῷ ſup. ἀντὶ *docet* (ſ. pro) *mercede*; ἀκούσονταί μου ſup. πρὸς *audietis me* ſ. a me; κρεμῶ σε τῆς ποδὸς ſup. ἐκ *ſuſpendam te ex pede*; τὸ σὸν μέρος ſup. κατὰ *quantum in te eſt*; αὐταῖς βελαῖς ſup. σὺν *cum ipſis conſiliis*.

II. *Zeugma* id quod in Oratione deſideratur, e proximo aſſumit, manente eodem genere, numero, caſu, ceteriſque attributis, ut ὁ φοβεῖται θαλάτταν ὁ μὴ πλέων, ὃδε πόλεμον ὁ μὴ στρατευόμενος, ὁδὶ λῃϛὰς ὁ ἁλόντων &c. ſuppl ubique φοβεῖται.

III. *Pleonaſmus* aliquid addit Orationi, quod ſuperfluum eſt. ut παίζεις ἔχων pro παίζεις *ludis*, *iocaris*. ᾤχετο ἄπιων pro ᾤχετο *abiit*.

IV. *Syllepſis* quod in Oratione deeſt, e proximo aſſumit, mutato tamen genere, aut numero, aut caſu, aut aliquo ex ceteris accidentibus, ut τίνα αἷς ἴπεϛι τῶς ſcil. θυγάτερες ſ. παιδὸς; πλῆθος ϛρατιᾶς ἁρπάϛ ἀνθρώπων ſcil. ἀγγέλων; τὸ δ' ἰυτυχὶς τέτων ἐϛὶν οἱ ἂν &c ſcil. οἱ ἰυτυχεῖς.

V. *Hyperbaton* in peculiari quadam, paulloque aſperiore vocabulorum collocatione conſiſtit; cuius duo hic ſubiiciemus exempla. χρὴ μὰ Δία ἐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν καταϛκευάζειν, ταύτην βαϛκαίνειν, καὶ διαλύειν πειρᾶϛθαι, quod ita clarius diſponendum erat: Οὐ χρὴ μὰ Δία βαϛκαίνειν, καὶ διαλύειν πειρᾶϛθαι ταύτην τὴν δύναμιν, ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει καταϛκευάζειν.

Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέϛθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχϛε, ταύτην ἐν ὀλίγοις ὀλίγῳ χρόνῳ, pro Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐν οὔϛοις ὀλίγῳ χρόνῳ ταύτην ἐξελέϛθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς πολλῷ χρόνῳ ἔχϛε.

DE

DE GRAECORVM PROSODIA, ET ORTHOGRAPHIA

LIBER III.

Vniverſales Proſodiae Leges.

CAPVT I.

QVid Syllaba, quid ſyllabae tempus, ſive *Quantitas* ſit ex Latina Proſodia ſatis cuilibet perſpectum eſt. Quod autem ad Graecarum ſyllabarum quantitatem propius attinet, vocales E, & O breves ſemper ſunt, niſi obſtet *Poſitio*, de qua inferius dicemus; vocales H & Ω, quemadmodum etiam Diphthongi omnes cum propriae, tum impropriae longam ſyllabam conſtituunt, niſi forte corripiantur ob legem de *Vocali ante aliam*. Ancipites vero A, I, Υ in dictionibus quibuſdam corripiuntur, quod plerumque fit; in aliis vero producuntur: nonnumquam etiam in eadem dictionis ipſius ſyllaba communes ſunt.

De Vocali ante aliam.

Non ſolum breves, verum ancipites etiam vo-

Vocales ante vocalem aliam, vel diphthongum plerumque corripiuntur, ut ἀεὶ ăei, δέξιος dexĭos, δύο dŭo. Producuntur tamen aliquando, ut inferius Cap. V. oſtendemus.

Corripi etiam poſſunt vocales natura longae ante vocalem aliam, ſive haec in eodem vocabulo, ſive initio ſequentis dictionis reperiatur, ut μνᾶμα κακοζωΐας cacozŏias; πλάγχθη ἐπεὶ planchthĕ; ἄξω ἑλὼν axŏ.

Diphthongi quoque αι, & οι ante vocalem corripi ſolent, ſi praeſertim haec initio ſequentis dictionis reperiatur, ut ἅλλεται ὀφθαλμὸς halletaĭ, ἄνδρα μοι ἔννεπε moĭ.

In eadem etiam dictione hoc aliquando fit, ut γυραικὸς ſecunda brevi, τοιαῦτα prima ſyllaba correcta: imo diphthongus αι ante conſonantem etiam correpta conſpicitur, ἵκομαι φίλην icomaĭ.

Idem in aliis quoque diphthongis non raro contingit, ut πέλει ἄθριος peleĭ, ὀφθαλμός μευ ὁ δέξιος meŭ, μύθῳ Ἀθηναίης muthŏ, Δρύαντος υἱὸς ŭios.

De Poſitione.

Ancipites, & breves vocales producuntur ante duas conſonantes, aut litteram duplicem, ut Αἴαντος Aiāntos, πλίνθος plīnthos, ἡδύσθην hedūſthen, Ἄραψι Arāpſi, κυλίζω culīzo, ὄβρυζον obrūzon: στέμμα ſtemma, ὀλέκοντο olēconto, ἔζετο ēzeto, τρέψω trepſo, τόξον tōxon.

Id autem contingit non ſolum ſi conſonantium una in fine eiuſdem vocabuli, altera initio

tio ſequentis dictionis reperiatur; verum etiam ſi ambae conſonantes, aut littera duplex ſit in ſequentis dictionis initio; ut ἔνθεν κῦμα enthen, μέγα ξιφος mega, ἀπὸ γλώσσης apŏ, μέγα σκῆπτρον mega.

Interdum tamen finalis brevis non producitur, licet dictio quae ſequitur, incipiat a duabus conſonantibus, aut a littera duplici, ut εἴτε Ζάκυνθος hoitĕ; ἀλλὰ Σκάμανδρος allă.

Littera σ aliquando in fine, aut etiam in medio dictionum non conſideratur, ut πολύφωνος κορώνη quaſi poluphonŏ, ἄλλος ἔστι perinde ac ſi eſſet hŏtis.

Poſitionem non conſtituunt duae conſonantes, quarum una *muta*, altera *liquida* ſit; ante has enim non *longa*, ſed *communis* evadit ſyllaba brevis, ſcilicet ε & ο, atque α, ι, υ dummodo breves ſint; ut Πάτροκλος Patroclos, Κύκλωψ Cuclops, Κλεόπατρα Cleopatra.

Apud Graecos autem poſt mutam liqueſcunt non ſolum λ & ρ; verum etiam μ & ν: Δραχμὴ drachme, Τέκμησσα Tecmeſſa, Ἴχνευμων Ichneumon, Πυκνὸς pucnos, Δάφνις Daphnis, Θέραπναι therapnai.

Communes eodem pacto fiunt breves vocales ante conſonantes μν, κτ, πτ, ut Πολυμνήστωρ Polymneſtor, δάκτυλος dactulos, Αἰγύπτιος Aiguptios.

Imo brevis vocalis, perinde ac ſi communis eſſet, producitur nonnumquam, licet ſolam liquidam antecedat, ut ἰλώρια cloria, μέλος melos: ob quam cauſſam communes ſunt primae ſyllabae in vocibus καλὸς, ἀνέρες, Ἄρης.

Id

Id contingit nonnumquam dum liquida non in eadem voce, ſed initio ſequentis dictionis reperitur; πολλὰ λισσομένω polla, ἰδὲ νίφος eidé.

Contra Poſitionis Regulam correpta aliquando conſpicitur ſecunda ſyllaba in vocibus ἀφίντων, ἠλεκτρώνος.

De Ancipitum Vocalium Quantitate.

CAPVT II.

ANcipitum vocalium quantitas, in qua agnoſcenda maxima Graecae Proſodiae difficultas verſatur, ex octo praeſertim fontibus ſive cauſſis deducitur; nimirum ex *Accentu*, 2. *Contractione*, 3. *Dialecto*, 4. *Derivatione*, 5. *Compoſitione*, 6. *Incremento nominum, & verborum*, 7. *Regulis de antepenultimis, & penultimis ſyllabis*, 8. *Exemplo, & auctoritate*.

De Accentu.

Quamquam Accentus, eiuſque pronunciatio a tempore, ſeu quantitate ſyllabarum valde differat, ut Cap. I. lib. I. monuimus; nonnumquam tamen ex ipſo, veluti ex certo indicio, ſyllabarum quantitas deduci poteſt.

1. Etenim omnis ſyllaba accentu circumflexo notata longa eſt, ut μῦς, πῦρ, ὑμᾶς, ἡμῖν, μῦθος, Ἀθηνᾶ.

2. Dum penultima ſyllaba circumflectitur ultima brevis eſt, niſi obſtet *Poſitio*, ut μῶσα, μοῖραν, σῆθι, πῆχυς.

3. Si antepenultima acuto accentu notetur, ultima brevis erit, ut τράπεζα, εὐσέβεια, τέτυφα, ἔτυψας.

Excipiuntur tamen varii Atticorum nominum casus, ut ὁ Μενέλεως, τῆς πόλεως, τῶν πόλεων, qui acuunt antepenultimam, licet ultima longa sit. Excipiuntur quoque diphthongi αι, οι, quae in ratione accentuum breves habentur, non autem in quantitate.

4. Si penultima naturâ longa, acuto accentu notetur, ultima longa erit, ut Λήδα, ὥρα, θυλεία: si enim ultima brevis esset, scribendum foret Λῆδα, ὦρα &c.

5. Si nomen masculinum in ρος, & ος purum acutum accentum habeat in antepenultima, eius vero femininum eodem accentu notetur in penultima, ultima feminini longa erit, ut ὁ ἅγιος ἡ ἁγία, ἡμέτερος ἡμετέρα: si enim ultima brevis esset, scriberetur ἅγια, ἡμέτερα.

6. Vox, in qua ultima brevis est; anceps vero, quae penultimam syllabam constituit, accentu acuto notatur, penultimam ipsam brevem habet, ut ξύλον, φίλος, πεντάκις &c. Etenim, si ante ultimam brevem anceps in penultima longa esset, scriberetur ξῦλον, φῖλος, πεντᾶκις &c.

De Contractione.

Omnis syllaba ex contractione orta longa est

eſt, ut κρέα crea pro κρέαα a κρέατα, βόα boā pro βόαε, τῇ πόλι poli pro πόλιι, ἄκων acon pro ἀέκων.

Contra vocales ex *Diaereſi*, ſeu diſſolutione ſyllabae alicuius contractae, aut diphthongi breves ſunt, ut ἐάγην ĕāgen pro ἤγην, ἑάλων ĕālon pro ἥλων, παΐς pāïs pro παῖς, ἀΐδης hāïdes pro ᾅδης.

Si ex diphthongo vocalis aliqua abiiciatur, anceps quae ſupereſt, brevis erit, ut ζυγὸς zŭγὸς a ζεύγω, πιθανὸς pĭthanos a πείθω.

De Dialecto.

I. Ἄλφα Doricum, natum ſcilicet ex η, longum eſt, ut ἀδὺ hādu pro ἡδὺ, ἀσκητὰ pro ἀσκητή.

Producitur etiam aliquando, licet oriatur ex ε, ut apud Theocritum ἀίκα aicā pro εἰκε.

II. Ἄλφα Aeolicum breve eſt, etſi oriatur ex η, ut νύμφα numphă pro νύμφη. Ita quoque in Accuſativis pluralibus ſecundae ſimplicium, atque in participiis in ας, ut τὰς τέχνας technās, τὰς αἴγας tās, δῆσας deſās pro δήσας &c.

III. Ἄλφα Ionicum breve eſt in penultima Praeteritorum Ionicorum γέγαα, μέμαα, ἔϛαα, βέβαα, quamquam fiat ex η, nimirum ex γέγηκα, μέμηκα, ἕϛηκα βέβηκα.

Participium μεμαὼς habet μα longum in obliquis ante ο, ut μεμάοτες memāotes; breve autem, quum in obliquis habet ω, μεμαῶτες memăōtes.

Breve eſt quoque α Ionice inſertum tertiis perſonis pluralibus paſſivis, & mediis Praeſentis, Praeteriti, Pluſquamperfecti, Futuri, ut ἕαται heătai pro ἧνται, κέαται pro κεῖνται, τετύφαται tetuphātai pro τετυμμένοι εἰσὶ, βεβλήατο bebleăto pro ἐβέβληντο, τυψοίατο tupſoiăto pro τύψοιντο.

Longum eſt α in Ionicis perſonis Verborum in μι, ut ἐάσι pro εἰσὶ, ἰάσι pro εἶσι; τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασι pro τιθεῖσι, διδοῦσι, ζευγνῦσι.

Ipſum vero α Ionice interpoſitum verbis circumflexis in αω longum eſt, ſi ſyllaba proxime antecedens longa ſit, ut μαίμαε maimāe pro μαίμα Imperat. a μαιμάω, μενοινάα menoināa pro μενοινᾷ a μενοινάω: breve eſt autem ſi ſyllaba proxime antecedens litteram α brevis ſit, ut ἀντιάαν antiăan pro ἀντιᾶν ab ἀντιάω, ἐγγυάασθαι enguăaſthai pro ἐγγυᾶσθαι ab ἐγγυάομαι.

De Derivatione.

Derivatorum eadem eſt quantitas, ac Primitivorum, ex quibus deducuntur, ut δίκη dīce δικάω, δικαιοσύνη, δικαίωμα prima ſyllaba correpta; τιμὴ time τιμάω, τιμίος; νίκη nīce νικάω, νικητὴς prima ſyllaba producta. Κρίνε, ἔκρινα longum habent ι, quia a praeſenti κρίνω oriuntur; κριτὴς, κριτικὸς, κριτήριον, ipſum corripiunt, quia ex Perfecto Paſs. κέκριται deducuntur.

Non-

Nonnulla tamen a Primitivis ſuis recedunt, ut μανικὸς, μανιακὸς prima longa, a μανία prima brevi; ἀΐδιος, ἀέναος aidios, aenaos ab ἀεὶ aei.

De Compoſitione.

1. Compoſita ſimplicium ſuorum quantitatem ſequuntur: ut γυνὴ güne, Ἀνδρόγυνος Androgünos; θυμὸς thümos, μεγάθυμος megathümos; κριτὴς crites, ὑποκρίτης hupocrites, λαὸς laos, Μενέλαος Menelāos.

2. Privativa particula ἀ in compoſitis brevis eſt: ἀδάμας, ἄτομος ădamas, ătomos.

3. Praepoſitiones, quae in ancipitem deſinunt, in compoſitione ancipitem ipſam corripiunt, ut ἀντιλέγω, ἀμφιθέατρον, καταβάλλω antĭlego, amphĭtheatron, catăballo.

Corripiuntur quoque ancipites harum Praepoſitionum, ſive particularum inſeparabilium, ζα, αρι, ερι, βρι, & δυς, niſi obſtet *Poſitio*: ζάθεος zătheos, ἀρίδηλος arĭdelos, ἐριβώλαξ erĭbolax, βριαρὸς brĭaros, δυσέρως dŭſeros.

4. Quaelibet Orationis pars primam compoſiti partem conſtituens, atque in ancipitem deſinens, ancipitem ipſam corripit, ut μεγάθυμος megăthumos, λυσιμελὴς lusĭmeles, πολύδωρος poſŭdoros,

De Nominum Incremento.

CAPVT III.

I. IN Pariſyllabis Nominum Declinationibus reperitur tantummodo *α* incrementum Aeolicum Genitivi, quod longum eſt: ut Αἰνείαω, Μουσάων.

II. In Nominibus quintae Declinationis *α* incrementum breve eſt cum in ſingulari, tum in plurali numero: ut λαμπὰς λαμπάδος lampădos, σῶμα σώματος ſomătos, νέκταρ νέκταρος nectăros, τάλας τάλανος talănos, κόλαξ κόλακος colăcos. Hac de cauſſa brevis eſt penultima in Dativis ἀνδράσι, μητράσι ab ἄνδρες, μητέρες; quemadmodum in aliis, quae ſyncopen patiuntur.

2 Longum eſt Incrementum in *ανος* à nominibus non neutris deſinentibus in *αν*, ut τιτὰν τιτᾶνος titānos, παιὰν παιᾶνος paiānos.

3. Longum eſt incrementum plurium nominum deſinentium in *αξ*, ut φαίαξ φαίακος phaiācos: quae autem ex his nominibus *breve*, quae *longum* incrementum hebeant, uſu potius, quam praeceptis diſci poteſt.

4. Reperiuntur etiam producta aliquando κάρητα ceſāta a κάρας, κρατὸς crātos a κρὰς, καρὸς cārος a κὰρ, ναὸς nāos a ναῦς &c.

III. 1 Incrementum breve eſt, ut θέμις θέμιδος themidos, μέλι μέλιτος melitos, θρὶξ τριχὸς trichos

chos, ὕσριξ ὕσριχος hustrĭcos, χέρνιψ χέρνιβος chernĭbos.

2. Longum eſt in maſculinis, & femininis *dicatalectis*, quae nimirum in nominativo duas habent terminationes in ις, & ιν, ut ὁ δελφὶς καὶ δελφὶν, δελφῖνος delphīnos; ἡ ἀκτὶς, καὶ ἀκτὶν, ἀκτῖνος actīnos.

3 Longum quoque habent incrementum monoſyllaba ſive duarum, ſive unius tantum ſint terminationis, ut ὁ θὶν θινὸς thīnos, ἡ ῥὶν ῥινὸς rhīnos &c.

Breve tamen eſt incrementum in Διὸς dĭos &c. a recto inuſitato Δὶς *Iuppiter*.

4. Demum incrementum ι producitur in Nominibus ὁ καὶ ἡ ὄρνις ales, ἡ μέρμις funiculus, ἡ κρηπὶς crepido, ἡ κνημὶς tibia cum compoſ. εὐκνήμιδες eucnemīdes *bene ocreati*, ἡ σφραγὶς ſigillum, ἡ κληὶς clavis, ἡ ἁψὶς fornix.

5. Etſi pleraque Nomina in ιξ breve incrementum habeant, ipſum tamen producunt ἡ τέττιξ cicada, ὁ καὶ ἡ πέρδιξ perdix, ἡ μάστιξ flagellum, ἡ σμώδιξ vibex, ὁ φοῖνιξ phoenix, ὁ σκάνδιξ ſcandix, ἄιξ impetus: quemadmodum ὁ ῥὶψ ramus ſalignus, & ἶψ ἰπὸς Ĭpos vermis ſpecies.

IV. Incrementum in υ breve eſt, ut μάρτυρ μάρτυρος martŭros, χλαμὺς χλαμύδος chlamŭdos, ὄνυξ ὄνυχος onŭchos, χάλυψ Χάλυβος chalŭbos, μῦς μυὸς mŭos, δάκρυσι, ἰχθύσι dacrŭſi, ichthŭſi a δάκρυ, ἰχθῦς.

2. Longum habent incrementum dicatalecta in υς, & υν, ut ὁ φόρκυς καὶ φόρκυν, φόρκῡνος phorcūnos, ἡ γόρτυν καὶ γόρτυς, γόρτυνος gortūnos.

3. Etſi

3 Etſi pleraque nomina in υξ, & ινψ breve habeant incrementum, ipſum tamen producunt ὁ κόκκυξ cuculus, ὁ βόμβυξ bombyx, ὁ κήυξ Ceyx, ὁ κήρυξ praeco. βίβρυξ bebryx anceps habet incrementum; ipſum vero producunt ὁ γρὺψ gryps, ὁ γὺψ vultur.

4. Producta quoque reperiuntur κώμωθος a κῶμος, & ἰλύος ab ἰλύς.

De Verborum Incremento, & de quantitate Ancipitum in Verbis.

CAPVT IV.

I. A Incrementum in Verbis breve eſt, ut ἐτύψαμεν etupſāmen ab ἔτυψα, λελέχατε lelechāte a λέλεχα.

2. Producuntur tamen tertiae perſonae plurales in ασι, ut τετύφασι tetuphāſi, ἵςασι hiſtāſi ab ἵςημι; Ionicae etiam, ut διδόασι didoāſi pro διδοῦσι, ἔασι eāſi pro εἰσί.

3. Producuntur Participia feminina in ασα Aor. I. Activi, ut τύψασα tupsaſa, & Praeſ. II. Verborum in μι, ut ἱςᾶσα hiſtāſa.

II. Incrementum υ in Verbis breve eſt, ut ἐζεύγνυτον ezeugnŭton ab ἐζεύγνυν.

Producitur autem in ſingularibus perſonis Praeſentis activi IV. Coniugationis Verborum in μι, ut ζεύγνυμι, ζεύγνυσιν zeugnūmi, zeugnūſi &c. in omnibus Aor. II. perſonis ut ἔδυτον, ἔδυσαν edūton, edūſan.

Quantitas Ancipitum in Verb. Praeſenti & Imperf.

Quanta eſt ſyllaba immutabilis in Praeſenti, tan-

tanta eſt in Imperfecto Activo, Paſſivo, & Medio omnium modorum, etiam in Participiis: ut κρίνω crĭno, κρίνομαι crĭnomai, ἔκρινον ecrĭnon, ἐκρινόμην ecrĭnomen, κρίνε crĭne, κρίνυ crĭnu, κρίνων crĭnon, κρινόμενος crĭnomenos; γράφω grăpho, γράφομαι grăphomai, ἔγραφον egrăphon, ἐγραφόμην egrăphomen &c.

2. Longa eſt penultima in Praeſenti, & Imperfecto Verborum deſinentium in υνω, ut ἀμύνω amūno, ἤμυνον emūnon, ἠμυνόμην emūnomen &c.

3. Penultimam corripiunt verba in ανω, ut μανθάνω manthăno, ἐμάνθανον emanthănon.

Ipſam tamen producunt ἱκάνω venio, κιχάνω aſſequor, φθάνω praevenio: & ea quae formantur a futuro aliquo, ut ἀυξάνω auxāno ab ἀυξήσω, οἰδάνω oidāno ab οἰδήσω.

4. Verba in ιω, & υω communia quodammodo ſunt in penultima, quam ſaepe producunt, ſaepe etiam corripiunt.

Quantitas Ancipitum in Aoriſtis, & Futuris.

I. Penultima Aoriſti II. corripitur, eademque brevis eſt in Futuro II. Id autem obſervandum non ſolum in voce activa, ſed in paſſiva quoque, & media, in omnibus modis, & in Participiis temporum eorumdem: ἔτυπον etŭpon, τύπε tŭpe, τυπεῖν tŭpein, τυπὼν tŭpon; ἐτύπην etŭpen, τυπήσομαι tŭpeſomai; ἐτυπόμην etŭpomen, τυτῦμαι tŭpumai τυπόμενος tŭpumenos.

II. Pe-

II. Penultima Aoriſti I. eſt fere longa, ut τίω ἔτισα, λύω ἔλυσα etīſa, elūſa &c.

2. Verba tamen circumflexa in αω, quae in Aor. I. retinent α, illud corripiunt ut γελάω ἐγέλασα egelāſa.

Excipiuntur Verba deſinentia in αω purum, vel in ραω; haec enim α producunt.

3. Ita Verba IV. deſinentia in ζω, quorum characteriſtica Aor. I. eſt σ, ut φράζω ἔφρασα ephrāſa, ἑτοιμάζω ἡτοίμασα hetoimāſa.

Idem aliquando contingit in aliorum Verborum Aoriſtis, ut ῥύω ῥῦσα erūſa.

III. Penultima Futuri I. tanta eſſe ſolet, quanta eſt penultima Aoriſti I. Excipitur penultima Fut. I. quintae Coniugationis, haec enim brevis neceſſario eſt cum in Activa, tum in Media voce in omnibus Modis, & in Participiis, ut ψαλῶ, ψαλῶν psālo, psālon; κρινοῦμαι crīnumai &c.

Quantitas Ancipitum in Praeteritis.

1. Si anceps brevis fuerit in Futuro, vel Aoriſto I., brevis erit quoque in Praet. Perfecto activo, & paſſivo, & in Aoriſto, ac Futuro I. paſſivo omnium modorum, ut γελάσω gelāſo, γεγέλακα gegelāca, κρινῶ crīno, κέκρικα cecrīca, κέκριμαι cecrīmai, κριθήσομαι crītheſomai.

2. Ancipites in Attica Verborum repetitio-

tione cum in primis, tum in penultimis ſyllabis breves ſunt, ut ἀκούω ἀκήκοα ăcecoa, ἀλείφω ἀλήλιφα ălelĭpha.

Ita in aliis verborum reduplicationibus, ut ἄχημι ἀκάχημι, ἄλημι ἀλάλημι &c. ăcachemi, ălalemi.

3. Anceps ante πτ naturâ brevis eſt: ideoque a βάπτω eſt, βέβαφα bebăpha, a ῥίπτω ἔῤῥιφα errĭpha.

Penultimam tamen producere dicuntur κίκρυφα, κίκυφα a κρύπτω, κύπτω; & veriſimilius etiam τίτυφα a τύπτω.

Quantitas Ancipitum in Verbis in μι.

1. Reduplicatio verborum in μι, ſi propria ſit, corripitur, ut τίθημι tĭthemi; impropria plerumque producitur, ut ἵστημι hīſtemi, ἵημι hīemi.

2. In Imperativo ſingulari υ in polyſyllabis corripitur, ut κέκλυθι cecl̆uthi; in diſsyllabis autem producitur, ut κλῦθι clūthi.

Regulae de quantitate Ancipitum in Antepenultimis, & Penultimis Syllabis.

CAPVT V.

QVum ex legibus hactenus expoſitis deduci accurate non poſſit ancipitum quantitas in mediis omnibus dictionum quarumlibet ſyl-

la-

labis; neceſſario proponendae ſunt Regulae, quas Grammatici tradunt, de ancipitum ipſarum quantitate in *Penultimis* & *Antepenultimis* ſyllabis. Animadvertendum eſt autem quod *antepenultimae* nomine intelligenda eſt non ſolum tertia ſyllaba a fine, ſed quaevis etiam ante tertiam, ſi fortaſſe dictio pluribus quam tribus ſyllabis conſtet. Porro, ut breviori, faciliorique ordine progrediamur, illud ſupponimus, quod apud Grammaticos omnes certiſſimum eſt, nimirum ancipites omnes in quibuslibet dictionum ſyllabis, ſive ante vocales, ſive ante ſimplices conſonantes reperiantur, *breves* ſemper eſſe, niſi Regula, aut Lex aliqua peculiaris adverſetur. Vnum igitur inquirendum ſupereſt, in quibus nempe ſyllabis ancipites ipſae producantur.

Regulae de Antepenultimis.

I. A tum ante vocales, tum ante ſimplices conſonantes producitur in ſequentibus dictionibus.

1. Ante α, ἄᾱατος ſᾱtos, ἀκρᾱάντος; 2. ante ι ἄῑναος ἄῑριος, Λαΐρτης, Λαερτιάδης. 3. ante ι ἀΐδιος, ἀϊθαλής, ἀΐκης, ἀϊκή, ἀΐσσω ἀχαϊκὸς, βκγάϊος, ἐλάϊνος, vel ἐλαΐνος, καταΐγδην, λάϊνος. 4. ante ο, & υ, & ω Λ"οπες, βιάομαι, ἰάομαι, in compoſitis a λαὸς ut Λαοδάμεια, τιτράορος, Ταΰγετον. 5. ante ει, & οι ἀείμνηστος, ἀοιδὸς, ἀοίδιμος. Anceps eſt α in ἀείδω.

Ante conſonantes aliquando producitur; & quidem 1. ante γ ἴδαγμης, ναυαγίω, ναυάγιον, σφραγίζω, Τιμαγήτης 2. ante δ, ἀδηκὼς. 3. ante θ γαθυλλὶς. 4. ante κ ἀκόσιος, διάκοσιος, συρακόσιος, διακόσιος, τριακόσιος, & alia numeralia in οσιος. 5. ante λ ἀλοσιη-

γη, φαλαίνη, ἄλοφος; anceps eſt prima in μαλακὸς. 6. ἄμητος meſſis, ἀμητὸς tempus metendi, ἀμητὴρ; anceps eſt prima in ἀμάω; ἀπάμωια, δαμοίτας, ἐυδαμίππος 7. ante ν, ἀνίφιλος, ἀνίψιος, ἀνύμενος, δάνεβις, κατάνεται, κράνιον, κράνειον, κρανάνειος, μανικὸς, νιανίας, πανιαπιὺς; anceps eſt ἀγανοφρων. 8. ἀπάλαμνος, ἀπινῆς ἀπιδανὸς, δραπέτης, δραπετίδης, ὑάπεια; anceps eſt Ἀπόλλων. 9. ante ρ, ἀράομαι, ἀρήτη, ἄρητος, ἀρητὴρ, ἀρήτειρα, ἄρνη, ἄριστον prandium, ἀμαρακὶς, κάραβος καρίων, καρύομαι. 10. ante σ ἀσιάδης, ἄσαπος, διπλάσιος, ἐπαράσιμος, ἐυκρασία, ἰάσιμος, κοράσιον, πασιφάη, πασιφαὴς; πάσασθαι pro κτήσασθαι primam producit, pro γεύσασθαι corripit. 11. ante τ, ἀτάλλω, ἄτερος, ἀτηρὸς, βατήριον, διδυματόκος, θάτερον, λατομία, λατύπος. 12. ante φ, ἰπάφιος. 13. ante χ, τράχηρος.

II. 1 Longum eſt in antepenultima verborum deſinentium per *ινεω*, ut *βινέω*, *κινέω*.

2. Longum eſt quoque ante *ρ*, ut *Σεμίραμις*, *Τυρίνθιος*.

Producitur praeterea & ante vocales, & ante ſimplices conſonantes in ſequentibus dictionibus.

1. ante α, ἰάομαι, ἰαπετὸς, ἰάσιμος, ἰάσιος, ἰασιὼν, ἰασὸς, ἰατρὸς: communia ſunt ἀνιάω, ἀνιάζω, ἀνιαρός. 2. ante ε, πίερος, πιέριος; communia ſunt ἱερὸς, ἴημαι, & ἵεμαι 3. ante η, ἰητὴρ; anceps eſt ἵημι cum compoſitis. 4. ante ο, ἰόνιος, ἰὸς ſagitta, venenum cum compoſitis ἰοβόλος, ἰοχέαιρα &c. ἴομαι, ὀφιονίδης, παυδιονίδης, χιονόεις, & χιόνιος. 5. ante υ, ἰυγὴ, ἰυγμὸς, ἰύζω. 6. ante ω, ἰωχμὸς, μνιώδης, παλίωξις, προΐωξις, φθιώτης. 7. ante αι, πιαίνω, ἰαίνω. Longum eſt quoque ι in ſequentibus dictionibus 1. ante β, ἀλίβαπτος, τιβέριος, τίβυρις 2. ante γ ὀρίγανον ſ. ὀριγάνον, ῥιγίω, ῥιγάω, ῥίγιον, σιγάω, σιγαλίως, σιγαλόεις 3. ante δ, ἀκιδάλιος, ἰδαῖος, ἰδάλιμος, ἰδάλιον, ἰδομενὶς, πιδύτης, πιδύω, σιδόνιος, χελιδόνιον. 4. ante θ, ἰθύνω, ἰθύντωρ, ἰθύτερος, σιθωνία, τιθανός. 5. ante κ, ἀρικίνη, ἴκαρος, ἰκάριος, ἰκεσία, ἰκέσιον, ἰκέσιος, κίκαμα, νικάω, νικίας, νίκανδρος, σικανίη, σικιλίη, φοινίκεος, φρικάλιος, φρικώδης; communia ſunt ἱκάνω, ἴκελος. 6. ante λ, ἰκελαδὸν, ἰλαδὸν, ἰλαμὸς; ἰλαρῶ, ἰλὺς, ἴλιγγος, ἴλιος, ἰλισσὸς, ἰλύσις, μιλίλωτον, μίλητος, ἀμιλαδὸν, ὁμιλία, ὁμιλητὴς, πιλίω, φιλιτεύω, φιλήτης, φίλομαι, χίλια, χιλιὰς, χίλιοι, χιλεύω, ψίλωθρον; communia ſunt ἵλαμαι, ἵλαος, σιλφὸς. 7. ante μ, βριμάω, βριμηδὸν, δριμύλος, ἰμέρα

ρα, ἵμερος, ἱμείρω, ἱμερόεις, κεκονιμένος, μιμῆσθαι, μίμημα, μιμητὴς, σιμικίνθα, τιμήεις, τίμιος, φιμώδης. 8. ante ν, ἀκροθίνια, γίνομαι, γινώσκειν, δελφίνιος, δίνησις, δίνητος, ἰρινὸς, ἴνιον, θρηνακίη, ἰναχὸς, ἰνωπὸς, κινύφιος, λακίνιος, λακινίας, μινωΐς, πυύσκω, πρίνινος, σίνομαι, τριπιδίνηθεν, τριπακρία, χαλινόω. 9 ante π, διϊπετὴς, ἰυριπίδης, ἠιπαπε, λιταρῶ, πυριπόλος, ῥίπασον, ῥιπίζω. 10 ante σ, ἀφροδίσιος, βισάλτης, βισαλτία, βρισηὶς, ἰσάζω, ἰσαῖος, ἴσανδρος, ἰσήρης, ἰσοπαλὴς, ἰσοφαρίζω, κονίσαλος, μισαρὸς, μισέω, νισυρὸς, ὀχλίσειαν, πισήεις, πισιδὴς, πισιδικὸς, σίσυμβρα, σίσυφος, σισυφίδης, τίσασθαι, τισιφόνη, φθισήνωρ, χαρίσιος, χρίσομαι. 11. ante τ, ἰτέα, ἰτιμονεὺς, τιτίζω, τίτυρος, τριτογένης, τριτογένεια, τριτωνὶς, φιτύω. 12. ante φ, διφάω, διφήτωρ, ἰφιγένεια, ἰφιδάμας, ἰφίνοος, & alia ab ἴφι, ἴφιος, ἴφιτος, τριφυλλὶς; anceps πιφαύσκω. 13. ante χ, ἰχανῶ, κίχορα, ψιχάρπαξ.

III. Υ Producitur in Pronominibus omnibus ut ὑμεῖς, ὑμέτερος hūmeis, hūmeteros.

Praeterea tum ante vocales, tum ante consonantes producitur in sequentibus dictionibus.

1. ante α, ἰυάλιος, κυάνεος, κυανοχαίτης, πλατυάζω. 2. ante ε, ἀνακλύεμεν, κωλυέτω, μυελὸς, πυετὸς, ῥύετο. 3. ante η, ἀισυήτης. 4. ante ο, διακλυόμενος, μαρύομαι, μυόδοκος, ὑόμενος, ὠρύομαι. 5. ante υ, μύκερος, μυκερίζω. 6. Communia sunt πύελος, ῥύομαι, ὑετὸς.

1. Ante γ, γυγαῖος, μυγαλὴ, πυγίζω; Anceps est θυγάτηρ. 2. ante δ, κυδάλιμος, κύδιμος, κυδαίνω, κυδιόων, μυδάλιος, πυδάω. 3. ante θ, ἰρυθιόων, μυθῆσαι, μαραμύθιον, πυθαγόρας, πυθεῖν, πύθιος, ψιμμύθιον. 4. ante κ, ἰεύκακίαι, ἰεύκαμαι, ἐρυκανὰν, μυκάομαι, μυκηθμὸς, συκοφάντης, φυκίον, φυκιόεις. 5. ante λ, θυλακὶς, θύλακος θυλακόεις, κογχύλιον, μυλιόωντες, παμφυλίαι, σκυλεύω, σκύλομαι, σύκινος, συλάω, συλεύω, σφονδύλιον, ὑλαῖος, ὑλακίδης, ὑλακόεις, ὑλακόμωρος, φυλείδης, φύλοπις. 6. ante μ, ἀμυμώνη, ἐιλυμένος, ζύμωμα, θυμῆσαι, ἐνθυμῆσαι, ἐνθύμημα, θυμαίνω, θυμήρης, θυμώδης, καταθύμιναι, κρυμώδης, κυμαῖος, κυμαίνω. 7. ante ν, ἀρτύνομαι, βιθυνία, γρύνιος, ξυνὸν, ξυνίημι, ξυνόω, συνιχὶς. 8. ante π, λυπέομαι, ῥύπιον, τρυπάω, τρύπανον. 9. ante ρ, γυραῖος, γυρόω, κινύρομαι, κυρήνη, κύριος, κυρῆνος, μαρτύρομαι, μυρίος, μυρία, μυριότης, μύραινα, μύρομαι, πλημμυρίω, πλημμυρία, πορφύριος, πύραμος, πυραμὶς, πυραύστα μύρος, πυρίτης, πυραίχμης, πυ-

πυρπαῖον ἔρος, σύρομαι. Communia ſunt πυρανγὴς, πυρήν, συρίζω, σφύραινα, τυρόεις. φυράω. 10. ante σ, βυλυσιος, θαλύσια, λυσανδρος, λυσιζωνος, λυσίκακος, λύσιμελης, λυσιμερίμνος, λυσίπονος, μύσιος, ῥυσιον, φυσιάω, φυσίγναθος, φυσίζοος, χρυσιος 11. ante τ, ἀτρυτώνη, ἀϋτεω, πρισβυτικὸς, σκυτοτόμος, φυταλιὰ, φυτάλμιος. 12 ante φ, ἰλυφάζω, κικρύφαλον, κελύφανον, κωλυφιον, τυφομαι & τρυφίων apud Phocylidem. 13. ante χ, βρυχανάω.

Regulae de Penultimis.

A, quod in penultimis non ſolum ante vocales, verum etiam ante ſimplices conſonantes plerumque breve eſt, in pluribus dictionibus producitur; & quidem ante vocales 1. in compoſitis a verbo ἄω, ut ἁλιαὴς, βαρυαὴς, δυσαὴς haliaes, baruaes, dusaes. 2. In verbis in αω purum, & ραω, ut ἐάω, περάω, excepti ἀμφιάω, & ἐψιάω. 3. In nominibus in αων per ονος declinatis, ut ἀλκμάων, ἀμυθάων, λυκάων &c. Ante conſonantes autem 1. In verbalibus in μα purum, ut ὅραμα, ϑυμίαμα, dummodo non oriantur a verbis in μι. In diſſyllabis acutitonis in ανος, ut δανός. In Gentilibus praeterea deſinentibus in ανος, & ανις, ut βριτανὸς, βρετανίς. 3. In nominibus lapidum, & Gentilibus deſinentibus in ατης, & ατις, ut ἀχάτης, γαγάτης, νιφάτης, σπαρτιάτης σπαρτιᾶτις.

Longum quoque eſt α ante vocales in ſequentibus dictionibus. 1. ante α, κράας, λᾶας. 2. ante η, παμφαης; ἀηρ plerumque corripitur, δαηρ commune eſt, 3. ante ι, ἀθεραὶς, ἀχραὶς, ϑαὶς, λαι, ναὶς, πτολιμαὶς nomina propria; ἀὶξ, λάϊγξ, πολυάϊξ. 4. ante ο, ἀμφιάραος, λαὸς cum compoſitis, παὶς, φᾶος: com-

munia ſunt ἄορ, ἴλαος, 5. ante ω, μιμαὼς commune eſt.

Ante conſonantes producunt α. 1. ante γ, ἀαγὴς, ἄγις, δαγὴς, ἴαγε, ἰαγὼς, περιαγὴ, πεπραγὼς, πρᾶγμα, σφαγὶς, τάγος. 2. ante δ, ἄδος, εἰς ἄδυ, ἴαδε, ἰαδὼς, λάδας, λάδων, ὀϊλάδης, ὀπαδὸς, σπάδιξ. 3. ante θ, ἄθλον, κράθος, πειραθὶς, πραθὶς. 4. ante κ, ἄκις fluvius, ἄκων invitus, δᾶκος, λίλακας ſtrepis, οἰάκις ab οἰάξ 5 ante λ, ἄλις, ἀμάλη, δαλὸς, κᾶλον lignum, ὁμφάλη, πεντηκοντακίφαλος, ταλὴμ, σαρδανάπαλος, σύμφαλος, ἅλις τριπέφαλος; commune eſt καλὸς 6. ante μ, ἀμὸς noſter, δᾶμις, δάμων, πίτραμαι, συγκίκραμαι, Φρασίδαμος, & apud Nicandrum βάλσαμον. 7. ante ν, ἀγαθάνωρ, ἀγάνακτ, ἀγάνωρ, βιάνωρ, ἴρανος, ἴανος, ἰκάνω, κατάπτηται conſumitur, κιχάνω, νᾶϊς, νικάνωρ, τιθᾶναι, τρίκρανος, φθάνω; Communia ſunt ἄνω pro ἀνύω, ἀνὸς, ἐνιαύσιος. 8. ante π, ἄναπος, ἄπις, ἰάπυξ, νᾶπυ, πρίαπος, σάραπις. 9. ante ρ, ἄρα numquid, ἀίσαρες fluvius, ἐυμάρας, Θυμαρὶς, καρὶς piſcis, κατάρα, λαρὸς, μυσαρὸς, πάρων fluvius, τάραρος, ταρὸς, τινάρα, Φᾶρις, Φᾶρες; communia ſunt ἀρὰ, ἄρης. 10. ante ς, ἄσις, ἴασος, ἴασοι, κρᾶσις, μάσις urbs, πρᾶσις, Φᾶσις. 11. ante τ, ἀϋάτος, ἀόρατος, ἀπείρατος, ἀπρεσόρατος, ἄρατος, ἄτος, ἄτη, γιγάατι Praeteritum, ἐυφράτης, Θίατρον, Θιατὸς, ἰατρὸς, καίρατος fluvius, κρατὴρ, φράτηρ. 12. ante χ, τραχὺς cum compoſitis; ἰαχὴ anceps eſt.

II. ι, quod in penultimis ſyllabis & ante vocales, & ante ſimplices conſonantes corripi ſolet, 1. producitur ante vocalem in nominibus in *ιων* per *ονος* declinatis, ut Ἀμφίων, βραχίων, Πανδίων, excepto περικτίων. 2. Pleraque verba in *ιω* habent *ι* commune: producuntur autem omnino πρίω, φθίω, χρίω.

Ante conſonantes producunt *ι* 1. Verbalia in *ιμα* a Perfectis in *ιμαι*, quorum tamen penultima longa eſt. 2. Polyſyllaba, & triſyllaba in *ινη*, ut ἀδραξίνη, ἐρυκίνη, ἡρωΐνη; ἀξίνη, ὑσμίνη: quibus addantur duo diſſyllaba δίνη, ῥίνη. 3. Verba deſinentia in *ινω*, κλίνω, κρίνω, πίνω &c. 4. Nomina deſinentia in ιτη, ιτης,

ιτις

ιτις, ut ἀφροδίτη, ὁπλίτης, πολίτης, πολῖτις.

Praeterea ι in penultima producunt 1. ante α, ἀιπόλια, δῖα, ὁρμία, πιάρ, φλίας. 2. ante η, πίηρ ſ. πίωρ, πραθυμίη. 3. ante ο, δῖος, ἴνδιος meridianus, κριὸς, μνιὸν, Gentilia φθῖος, χῖος, & propria θρῖος, κῖος, κρῖος, πῖος, τῖος. 4. ante υ, ἴυγξ motacilla. 5. Communia ſunt ἀνία, ἰύδιος, ἴϊα, ἴα, ἴαι, ἰμὶς, ἴον, καλιὰ, κοιὰ. κρεῖον, λίαι, μίαν. Nonnumquam reperiuntur etiam producta πιεῖν, σοφία, ὑπεύδιος, ὡρίων. Quemadmodum & comparativa βελτίων, κάκιων, τάχιων &c.

Longum quoque ante ſimplices conſonantes habent ι dictiones, quae ſequuntur; 1. ante β, ἀκριβὴς, ἰρυσίβη, θλίβω, ἴβις, τίβη, τίβυς; τιβερίας quoque, & τρίβω aliquando producuntur. 2. ante γ, μάστιγος, μίγω, πτῖγος, ῥῖγος, σίγα, σιγή: commune eſt πτίγω. 3. ante δ, γλυκυσίδη, διδὼ, ἐλιδὼ, ἴδη, κιδὴ, πίδαξ, πολῖδος, χιλιδὼν, χλιδὴ: commune eſt σίδη. 4. ante θ, βρῖθος, βριθὺς, βρίθω, ἴριθος, ἰριθὶς, ὄϊς, κριθὴ, λῖθος proprium, σιθὼν, χθονοβριθὴς. 5. ante κ, ἄκικυς, γρηνικὸς fluvius, θρῖκες, κάϊκος, κικὺς, νίκη, Φοινίκη, Φρίκη: commune apud Homerum eſt ι in μυρίκη. 6. ante λ, ἀίγιλος, ἄργιλος, δακαχίλιοι, ἑπτακχίλιοι, ἴλὼς, ἶλος, κοίλη, νεόγιλος, ὄϊλὺς, ὄμιλος, πέδιλον, πῖλος, σμώλαξ, σμίλη, σμῖλος, σκῖλος, χιλὸς, χίλιον, ψιλὸς: indifferens eſt φίλος. 7. ante μ, βρίμη, βριμὼ, ὁριμὺς, κλίμαξ, λιμὸς cum compoſitis βέλιμος &c. μῖμος, σιμὸς, σίμος, τιμὴ cum compoſitis ἄτιμος &c. φιμὸς. 8. ante ν, ἀίγινα, ἀισχίνης, ἄπιρνος, γύριος, δῖνος: ἐρινὲς, ἔρινὸς, θαμινὸς, θρίδαξ, θριδακῖνις, ἰνὰ, καμάρινα, κάμινος, κέρκινα, κλίνη, κυκλάμινον, λατῖνος, μίμνος, ῥινὸς clypeus, σίλινον, σμινῦν, σαφυλῖνος, ταλκύρινος, φοινὺς, χαλκὸς 9. ante π, γρικὸς, ἐπικὺς, ἐπίπω, ἴύριπος, ἶπος, κιπὸς, παρθενοπίπης, ῥίπη urbs, ῥιπὴ, ῥιπὸς, σίπων, σικὺς, σκίπων; communia ſunt ἰπὸς, ἰρίπω. 10. ante ρ, ἶρις, ἴρος, ἶραξ, πιρὸς, ἄσιρις, τίρυς. 11. ante σ, ἀγχίσης, ἀμνισὸς, ἀμφισὸς, βρισὺς, θεμισὼ, ἶσις, ἴσος aeque, μῖσος, νῖσος, πῖσα ὕλη, πῖσος ubertas, τελμισὸς, Commune ἶσος, & compoſita, atque μίσος piaculum. 12. ante τ, ἀδύιτος, ἀδῆριτος, ἄστιτος, ἶτων urbs, ἰφίτος, κλιτὺς, λῆτις praedatrix, λῖτος, λιτὸς, ὀνῖτις, παλίντιτος, πίφρικα, πυρῖτις, σῖτος, τιτὼν, τρίτων, φῖτυς. 13. ante φ, γρῖφος, θεοδμὰς Deum quaerens, ἶφι, ἴφις, ἰφὺς σίριφος, σίφων, τῖφος, τῖφος pilus; commune eſt νίφω. 14 ante χ, ἰχὼρ, τάριχος.

De quantitate Υ *in Penultimis ſyllabis.*

Υ, quod in penultimis ſyllabis, & ante vocales, & ante ſimplices conſonantes corripi ſolet, producitur tamen ante vocales in Verbis deſinentibus in *υω*, dummodo ante *υ* reperiantur duae conſonantes, aut littera duplex, aut ſyllaba naturâ longa, ut *ποιπνύω*, *ἑδρύω* &c. Ante conſonantes vero producitur. 1. in verbalibus deſinentibus in *υμα*, ut *θῦμα*, *κῦμα*, *ἄρτυμα* &c. 2. in nominibus diſſyllabis in *υμος*, ut *ῥυμὸς*, *χυμὸς*, *ϑυμός*. 3. in verbis polyſyllabis deſinentibus in *υνω*, ut *ωολύνω*, *ὀτρύνω*; quemadmodum etiam in verbo *δύνω*. 4. in nominibus in *υρος*, quae antepenultimam longam habent, in ultima vero accentu acuto notantur, ut *ἰσχυρὸς*, *ὀϊζυρός*. 5. in verbis deſinentibus in *υρω*, ut *σύρω*, *φύρω*. 6. in verbis deſinentibus in *υχω*, ut *βρύχω*, *τρύχω*, *ψύχω*.

Praeterea *υ* ante vocalem producunt ſequentes dictiones; & eaedem. 1. ante *α*, *θυὰς*, *κῦαξ*, *σῦαξ*. 2. ante *υ*, *πῦος*. 3. ante *ε*, *ἰτέα*, *μύω*, *μυὼν*, *μύωψ*, *ὗω*. Commune autem habent *υ* ante *α*, *ἀτύω*, *ἀρύω*, *βρύω*, *θαλλύω*, *δύω*, *ἐρύω*, *θύω*, *κλύω*, *κωκυω*, *λύω*, *μυτύω*, *φύω*.

Ante conſonantes vero longum habent *υ* ſequentes dictiones, 1. ante *β*, *ὑβός*. 2. ante *γ* *ἀμαυγή*, *γύγης*, *ἴυγξ*, *λαιτρύγαι*, *ὀλολυγὴ*, *ὀλολυγὼν*, *πυγή*, *τρυγὼν*. 3. ante *δ*, *ἀβυδος*, *βατιυδα*, *ἰτέα-κυδὴς*, *κῦδος*, *λυδὸς*, *τυδεύς*, *Φερεκύδης*; commune eſt *ἴδωμι*. 4. ante *θ*, *ζῦθος*, *μῦθος*, *μυθῶ* verbum, *πύθω* nomen: commune eſt *βυθός*. 5. ante *κ*, *βρυκὸς*. *βρύκω*, *ἐρύκω*, *μεμυκὼς*, *πεπύκα*, *συκῆ*, *σῦκον*, *φυκὶς*, *φῦκος*. 6. ante *λ*, *ἀσυλία*, *ἀτρακτυλὶς*, *ἐρεφυλὴ*, *κερ-*

δυλα

ὗλαι, μυλεὺς, σκῦλον, σῦλος, τύλη, ὕλαξ, ὕλη, φύλας, φυλεὺς, φυλὴ, φῦλον, φύλω, χυλός. 7. ante μ, ἀμύμων, ἰγκύμων, θυμὸν, κυμὴ acervus, στρυμών; commune est ὄνυμος. 8. ante ν, ἄμυνα, ἀκανθυνος, βιάυνος, βοᾶυνος, γορτυνὶς, γρυνὸς, δίκτυνα, θῦνες, κίσσυνος, λάγυνος, μαραυδυνος; μύνη, ξυνὸς, ὀρκῦνος, πάχυνος, τύπη prio σὺ, ὕπις, ὑποδρακυνὶς, φρόνη, φρῦνος; anceps est κορύνη. 9. ante π, ἄλυπος, λύπη. 10. ante ρ, ἄγκυρα, ἀλιμυρὶς, γίφυρα, γυρὸς, κίξυρα, κιννύρη, κῦρος, λάφυρα, λίπυρος, μιλίγυρις, ὀλίγυρος, ὄλυρα, ὀπάγυρος, παπύρινος, πίτυρα, πλημμυρὶς, πυρὸς, σκῦρος insula, σύριγξ, σφῦρα malleus, τυρὸς, τυρὼ. 11. ante ς, Καμβύσης, Διόνυσος, φῦσα, χρυσός. 12. ante τ, ἀδάκρυτος, ἀλίτρυτος, ἄτρυτος, ἀύτη, βητυτὸς, βλυτὸς, γωρυτὸς, κακυτὸς, λύταρ, μητύτηρ, μητύταρ, μήτυτης, πρεσβύτης, πρεσβῦτις, ῥυτὴ, ῥυτὶς, ῥυτὸς, ῥύταρ, σκῦτος. 13. ante φ, ἔνυφος, κίλυφος, κύφος, κύφων, σῦφος, ῥύφω, τῦφος. 14 ante χ, βρυχὴ, ἰριβρύχης, σαμψῦχος, τρῦχος, ψυχὴ: producunt quoque υ composita ab ὀρύττω, ut ταχυρῦχος, τυμβωρῦχος.

De quantitate Ancipitum in fine dictionum.

CAPVT VI.

A

ALpha non contractum in fine dictionum breve est, ut τὰ ξύλα, τὰ ὀξέα; τὸ θυμίαμα, τὸ στράτευμα; τὴν λαμπάδα, τὸν βασιλέα, ὦ προφῆτα, ὦ γεωμέτρα; ὦ Πολυδάμα, ὦ Χάλχα a Nominat. Πολυδάμας, Κάλχας, aut ες; κατὰ, παρὰ, ἕνεκα &c.

Producitur autem in fine nominum II. Simplicium in ια, εια, εα; δα, θα, & ρα, quae acuto accentu notantur in penultima, ut σοφία, δυλεία, θέα, λήθα, μάρτυρα, πέτρα.

Ita quoque in Nominibus II. quae ultimam acuunt ut, χαρὰ, παιρά. R 3 Ex

Excipiuntur tamen δῖα, & μία cum omnibus eiuſdem II. nominibus, quae ante α habent bina ς, aut conſonantem duplicem, ut λύσσα, ὄσσα, δόξα, φύζα; in quorum fine α corripitur quemadmodum etiam in τόλμα, & παιδία.

De α Dorice, aut Atticè facto ex ε, aut etiam η vid. Caput II.

I

Iota, dummodo contractum non ſit, corripitur in fine vocabulorum omnium, ut τὸ μελὶ, τῷ ἅίματι, ὦ Ἀμαρυλλὶ, περὶ, ἀμφὶ, ῥωμαΐϛί.

Producitur tamen ι per paragogen additum in fine Adverbiorum, & Pronominum, ut νυνὶ nunĩ, ὅτοσὶ, τυτοῖ utosĩ, tutosĩ.

Quemadmodum & ι Attice factum ex ε, ο, & α, ut ὀδὶ, τουτὶ, τεσὶ pro ὅδε, τοῦτο, τῆτο. Longum eſt quoque in nominibus litterarum, ut ξῖ, μῖ &c.

Y

Vpſilon breve eſt in fine vocabulorum omnium, ut γλυκὺ, σὺ, μεταξὺ.

Producitur in tertiis perſonis ſingularibus Verborum in μι IV. Coniugationis, ut ἐζεύγνυ, ἔδυ; in voce τὺ, pro σὺ; in nominibus litterarum μῦ, νῦ; in fictitiis adverbiis ὖ, ὗ, & γρῦ; quemadmodum etiam productum reperitur nonnumquam in Adverbio ἀντικρύ.

AN

Αν in fine corripitur, ut ἔτυψαν, τὸ μέλαν; τὴν τράπεζαν, τὴν δόξαν, ὦ Αἶαν a Nominat. Αἶας. Ipſum tamen producunt nomina maſculina V. Declinationis deſinentia in αν, ut τιτὰν. 2. Accuſativi I. Declinationis, ut τὸν Αἰνείαν. 3. Accuſativi eorum II. Declinationis nominum, quae longum habent α in fine Nominativi. 4. Adverbia, ut πέραν, ἐύαν, praeter ἄγαν, & λίαν quae finalem corripiunt. Longum eſt quoque αν in neutro πᾶν, licet corripiatur in compoſitis ἅπαν, σύμπαν &c.

IN

Ιν in fine dictionum corripitur, ut τὴν πόλιν, τὴν ἔριν; τύπτουσιν, λέγουσιν; πάλιν, πρὶν; μὶν, νὶν &c.

Producitur in nominibus dicatalectis ἀκτῖν, δελφῖν &c. quae deſinunt etiam in ις.

Producitur quoque in Dativis ὑμῖν, & ἡμῖν; in quibus tamen corripi etiam poteſt accentu retracto, vel commutato: ἄμμιν, ὔμμιν, vel ἦμὶν, ὑμὶν.

ΥΝ

Υν in fine dictionum corripitur, ut ὀξὺν; ἡδὺν, γλυκὺν; τὸ ζευγνὺν, τοίνυν, σύν.

Producitur in nominibus dicatalectis, quae habent etiam Nominativum in υς, ut ὁ φέρβυν, ὁ μόσυν; & in aliis nominibus, quae υς nominativi producunt, ut τὸν ὀφρῦν, τὸν ἰχθῦν. Longum est quoque in primis personis Imperfecti, & Aoristi II. verborum in μι, ut ἐζεύγνυν, ἔφυν.

Producitur in circumflexis omnibus, quemadmodum in μῦν, & in adverbio νῦν *nunc*, quod differt a coniunctione νὺν, cuius quantitas brevis est.

ΑΡ.

Αρ in fine corripitur, ut νέκταρ, ἦπαρ, ὄναρ &c. Producitur in monosyllabis, ut ὁ χὰρ, ὁ ψὰρ; γὰρ tamen plerumque corripitur.

ΥΡ

Υρ in fine producitur ut μάρτυρ, ψίθυρ, πῦρ martūr, psithūr, pūr.

ΑΣ

As in fine corripitur, ut ὁ μέλας, ἡ λαμπὰς, τὰς τιτᾶνας; ἡμέας, ὑμέας; ἑκὰς, ἀτρέμας.

Producitur 1. in Nominativo nominum V. quae declinantur per αντος, ut Αἴας, Πολυδάμας. 2. in Participiis Masculinis in ας, ut ὁ τύψας, ὁ σὰς. 3. in Nominativis I. simplicium

ut

ut Αἰνείας. 4. in Accuſativis pluralibus I. & II. ſimplicium, ut τὰς ποιητὰς, τὰς Μούσας &c. Hi tamen Accuſativi Aeolice corripiuntur.

ΙΣ

Ις in fine breve eſt, ἡ ἔρις, ἡ τυραννὶς, ἡ βρισηΐς, δὶς, τρὶς, πολλάκις, τις indefinitum.

Producitur in nominibus, quorum incrementum longum eſt, ut δελφὶς, ὄρνις, κνημὶς: imo in κὶς etiam, licet prima ſyllaba τῦ κιὸς brevis ſit.

ΥΣ

ΥΣ in fine breve eſt, ut βαθὺς, βαρὺς, κορύς.

Producitur 1. in Subſtantivis acutitonis declinatis in Genitivo per ος purum, ut ἰλὺς, τηθὺς, ἐριννύς. 2. in nominibus dicatalectis, quae Nominativum habent etiam in υν, ut ὁ φόρκυς, ὁ μόσυς. 3. in ſecundis perſonis Praeſentis, & Imperfecti verborum in μι IV. Coniugationis; & in participiis maſculinis eorumdem verborum, ut ζεύγνυς, ἐζεύγνυς, ὁ ζευγνὺς. 4. in Monoſyllabis ut μῦς, & in nominibus κώμυς, ἄρκυς, ἀχλὺς.

De

De Figuris Proſodiae.

CAPVT VII.

VAriae ſunt Metaplaſmi ſpecies, ſeu Figurae ad Graecorum Proſodiam attinentes, quarum praecipuae *Epiſynaloephe*, *Synaereſis*, *Craſis*, *Diaeréſis* ſeu *Dialyſis*, *Syſtole*, & *Diaſtole* ſive *Ectaſis*: quibus addi etiam poſſunt *Caeſura*, & *Licentia Poëtica*.

1. *Epyſinaloephe.*

Ex duabus ſyllabis unam tantummodo facit *Epiſynaloephe* quae *Synecphoneſis* etiam, & *Synizeſis* appellatur, ut πόλιας polēas, πηλιάδεω peleiadēo, χρυσέω chruſēo, θεοὶ thēoi. Ita ſimul contrahuntur, atque unicam ſyllabam conſtituunt ᾱ, ᾰ; ᾱ, ᾰκ; ᾱ ᾰχ.

Vocalis tamen, quae eſt in fine unius dictionis, non elidituri verſu, ſequente altera vocali, niſi per apoſtrophon ablata fuerit, de quo Lib. I. C. I.

Synaereſis, & *Craſis*.

Duas vocales in unam ſyllabam, ſeu diphthongum *Synaereſis* coniungit, ut τείχει a τείχεϊ. *Craſis* vero ex duabus vocalibus, aut una reiecta, alteram tantummodo retinet; aut ambabus reiectis, novam vocalem ex ipſis quodammodo prodeuntem earum loco ponit, ut βόα pro βόαε, ἄτερος pro ὁ ἕτερος.

Diaereſis ſeu *Dialyſis*.

Synaereſi, & Craſi opponitur *Diaereſis*, qua ſyllaba una in duas dividitur, ut εὖ ἐϊ, ἥλων ἠέλιον, ἤγα, ἄαγα.

Syſtole.

Longam ſyllabam corripit *Syſtole*, aut vocalem brevem loco vocalis longae ponens, ut ἴομεν pro ἴωμεν; aut alteram auferens ex duabus conſonantibus, quae ſyllabam poſitione producunt, ut ἔριξα pro ἔρριξα, Ἀχιλέος pro Ἀχιλλέος.

Ectaſi

Ectaſis ſive Diaſtole.

Syllabam, quae brevis eſt, longam efficit *Diaſtole*, ut ὄφιν ōphin pro ŏphin; id autem fit plerumque, aut addita vocali, ut diphthongus componatur, quemadmodum μείλανι pro μίλανι, aut addita conſonante aliqua, ut ἰγίλαστα pro ἰγίλαστα.

Caeſura.

Syllaba brevis, quae ex dictione aliqua ſupereſt, ſeu relinquitur poſt quatuor primos Exametri pedes, a Poëtis producitur hac una de, cauſa quod Caeſura eſt, ut

Οἱ δὲ μάγα ἰάχοντες &c. *Homer.* megā.
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν pannuchiōn.

Licentia Poëtica.

Poëtae a Proſodiae Regulis non raro diſcedunt, atque 1. Vocales breves non elidunt, etiam ſi ſequens dictio a vocali, vel diphthongo inchoetur, ut

ἀλλ' ὅδ' ὡς ἐτάρους ἐρύσατο ἑἷμενός περ.
τίπτον ἐμὸν ποιῶν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

2. Monoſyllaba brevia, hoc ipſo quod monoſyllaba ſunt, producunt. Reperiuntur autem ita producta Monoſyllaba, quae ſequuntur ὦν, γὰρ, γὲ, δὲ, νὶ, νὶν, μὲν, μὶν, νὺ, νὺν, ὃς, πὲρ, πρὶν, ῥὰ, τί.

3. Ob neceſſitatem metri breves ſyllabas producere coguntur, quum praeſertim ſunt tres, vel plures breves continuae in aliquo vocabulo, ut ἀθάνατος āthanatos, ἀπονέεσθαι apōneeſtai.

De Graecorum Spiritibus, & Accentibus.

CAPVT VIII.

DE variis Graecorum Spiritibus, & Accentibus in Lib I. Cap. I. quae Tyronibus magis neceſſaria ſunt iam diximus: nunc Leges illae tradendae ſunt, quibus praecipiunt Grammatici quo Spiritu, quove Accentu dictio quaelibet ſit notanda.

I. A ſpiritibus initium ducemus, quorum *Lenis*, ψιλὸν πνεῦμα· vocabula ψιλούμενα, *Aſper* autem ſive denſus, δασὺ πνεῦμα, δασυνόμενα vocabula conſtituit. Locus ſpirituum eſt prima ſyllaba dictionum, quae inchoantur a vocali, aut diphthongo, aut a conſonante ρ, ut ἀπὸ, εἷος, ῥώμη. Si tamen in medio dictionum reperiatur duplex ρ: primum *leni*, alterum *denſo* ſpiritu diſtinguitur, ut ἐῤῥίπτασι.

Et Vocalibus, & Diphthongis omnibus lenis ſpiritus apponi plerumque ſolet.

Excipiuntur 1. Vocalis ὑ, quae denſo ſpiritu ſemper notatur, ut ὗν, ὑιός. 2. Conſonans P, quae ſemper aſpiratur, ut ῥίπτω, ῥαπίω, ῥέω. 3. Pronomina quoque omnia aſpirantur, ut ἡμεῖς, ὑμεῖς, ἅ, ἕ; lenem tamen ſpiritum habent ἐγὼ, ἐμέ, ἐμοὶ, ἐμοῦ cum derivatis ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν; & αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτόν. 4. Articulus uterque aſpiratur, ὁ, ἡ; οἱ, αἱ, ὅ 5. ε in augmentis Atticis denſum habet ſpiritum, ſi ſpiritu denſo notatur Verbum, quod ipſo augetur, ut ὁράω, ἑώρων.

Quae autem dictiones aliae ſpiritu denſo diſtinguantur, non ex Grammaticorum legibus, ſed ex Libris potius accurate ſcriptis & impreſſis, atque ex Lexicis eſt diſcendum. Ex his enim patebit e. g. α in compoſitione leni ſpiritu ſemper notari, praeterquam in vocibus ἄλυσις, ἄδης; augmentum ſyllabicum ε in Verbis tenui ſpiritu diſtingui ſemper, ipſum tamen aſpirari in ἕστακα ab ἵστημι; leni ſpiritu affici Praepoſitiones, & Coniunctiones omnes praeter ἵνα, ὅπως, ἵνεκα &c.

II. Oſtendimus alibi triplicem eſſe Accentum, nimirum *Acutum* ὀξὺν, *Circumflexum* περισπώμενον, *Gravem* βαρὺν: quorum Acutus in tribus poſterioribus dictionum ſyllabis, Circumflexus in penultima atque ultima, Gravis demum in ultima tantummodo ſyllaba reperiri poteſt Pro vario accentu, quibus notantur dictiones, vario quoque nomine a Grammaticis appellantur; nimirum

ὀξύτονον	*oxytonum*	θεός.	βοῶ, περισπώμενον *periſpomenon*.
παροξύτονον	*paroxytonum*	λόγος.	βοᾶτε, προπερισπώμενον *properiſpomenon*.
προπαροξύτονον	*proparoxytonum*	τύπτομεν.	τιμὴ, βαρύτονον *barytonum*.

Gravis accentus ſubintelligitur in omni ſyllaba quae acuto, aut circumflexo caret; quamobrem *ſyllabicus* etiam dicitur. Hac de cauſſa *Barytona* vocantur verba τύπτω, λέγω; nomina ἔρις, Πάρις &c.

Circumflexus in antepenultima etiam ſyllaba nonnumquam re-

pe-

peritur, nimirum in compoſitis ex articulo ſubiunctivo, & infinito τὶς, ut ὅτως, ὁστως, ὅτινι, ὅτιν; quemadmodum etiam in poëticis τοῖόδεσι, ταῖσδεσι.

Demum Vocabula *oxytona* in ipſo orationis contextu acutum accentum ſuum mutant in gravem, quod quum fit ἐγκλινόμενα *inclinata* dicuntur, ut τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὴν ἐποίησε καρτὸν &c. Acutum tamen accentum in ipſa orationis ſerie & contextu non mutant dictiones, ſi ante Encliticam reperiantur, ut θεός ἐστι, aut ſi in fine Periodi ſint, ut πάντα βλέπει ὁ θεός. Interrogativum vero τίς ubique acutum accentum ſuum retinet, ut τίς ἦλθε *quis venit?* τί ὑμῖν ἐνετείλατο *quid vobis praecepit?*

Quae in Graecorum pronunciatione variorum accentuum vis fuerit, vix ac ne vix quidem cogitando divinare, nullo autem plane modo pronunciando exprimere accurate poſſumus: quod in cauſſa eſt, ut in Graecis vocibus efferendis non accentuum, ſed quantitatis tantummodo ratio a nobis habeatur. Itaque leges, quae a Grammaticis de Accentibus traduntur, ad Graecam Linguam recte pronunciandam nulli profecto nobis uſui eſſe poſſunt: neceſſariae tamen omnino ſunt ad recte ſcribendas Graecas dictiones, quarum nulla fere accentu aliquo carere poteſt ſecundum Graecorum Orthographiam. Praeterea ſi leges fortaſſe ipſae negligantur, diſtingui nullo modo poterunt voces quaedam, quae accentu ſolum inter ſe differunt, quemadmodum ex iis, quae ſequuntur, apparet: εἰ *ſi*, εἶ *es*; ὁ *hic*, ὅ *quod*; ἡ *haec*, ἥ *quae*, ἤ *vel*; ἦ *dixit*, ᾗ *ſis*, ᾗ *cui*, *ſuae*, ᾗ ὃς ἄλλα *ſed*; ἄλλα *alia*; ὦμος *humerus*, ὠμὸς *crudus*; ἐχθρὰ τὰ *inimica*, ἔχθρα *inimicitia*; ἴσι *it*, ἰσὶ *ſunt*; ζωὸν *vivum*, ζῷον *animal*; μόνη *ſola*; μὸνη *manſio* ὃς ποιῆσαι *facere*, ποιήσαι Opt. *facias*, ποίησαι Imperat. Med. Aor I *fac*.

I. Igitur animadvertunt Grammatici Acutum Accentum in penultima reperiri non poſſe, ſi ultima longa fuerit.

Hac de cauſſa in Genitivis κυρίᾳ, ἀνθρώπῳ, in quibus poſtrema longa eſt, acutus in penultimam transfertur, quamquam eorum Nominativi κύριος, ἄνθρωπος proparoxytoni ſint.

Ab hac tamen lege excipiuntur. 1. Genitivi Ionici I. Simplicium ἀνιέω, πληιάδεσι. 2. Omnes caſus IV. Declicationis Simplicium μυρίλιος, μυρίλια, μυρίλιον. 3. Genitivi Attici II. Declinationis Contr. in omnibus numeris πόλεως, πόλεων, πόλεων. 4. Vocabula deſinentia in αι & οι; duae ſiquidem Diphthongi eiuſmodi breves habentur in ratione accentuum, ἄνθρωποι, τύπτονται.

Longae tamen cenſentur ambae diphthongi eiuſmodi, ſi poſt ipſas ſequatur conſonans, ut ἀνθρώπους, κυρίους; quemadmodum in

Opta-

Optativis Verborum Modis, ut τετύφοι, φιλήσαι; & in Adverbio οἴκοι *domi*.

II. Accentus circumflexus in penultima esse non potest, nisi haec natura sua longa sit, ac praeterea ante finalem brevem reperiatur, ut σῶμα, πῶϋ, μῶσα, οἶκος. Si vero ultima syllaba ob caussam aliquam longa fiat, circumflexus in penultima conservari non poterit, sed in acutum mutabitur, ut μώσης, οἶκα.

Nonnumquam tamen penultima circumflectitur, licet ultima positione longa sit, ut χοῖνιξ, αὖλαξ.

In Optativis penultima acuitur, non autem circumflectitur; quia αι, & οι in ultima producuntur, ut φιύγοι, βοίσαι.

De Accentuum Motione, & Mutatione.

CAPVT IX.

ACcentus qui in aliqua dictione reperitur, in alium Accentum saepe mutari, aut ex una dictionis syllaba in syllabam aliam transferri debet. Id vero contingit ob plures eaque diversas caussas, quarum praecipuae sunt *Apostrophus*, *Compositio*, *Paragoge*, *Apocope*, *Aphaeresis*, *Contractio*, *Nominum Declinatio*, *Verborum Coniugatio*.

I. Quum vocalis, quae in fine dictionis est, & quae gravi, vel acuto accentu notatur, per *Apostrophum* eliditur, si dictio ipsa sit declinabilis orationis pars, Accentus acutus transfertur in antecedentem syllabam, ut καλὰ κάλ', χαλεπὰ χαλέπ': si vero dictio sit indeclinabilis orationis pars, accentus una cum vocali prorsus abiicitur, ut παρ' ἐμοὶ pro παρὰ ἐμοί.

II. *Compositio* plerumque retrahit accentum καλὸς φιλόκαλος, σοφὸς φιλόσοφος. Hoc autem perpetuum est fere quum primam compositi partem constituunt particulae α, ευ δυς, ut κοπτὸς, ἀκίνητος, εὐκίνητος, δυσκίνητος: item quum ultimam compositi partem constituit nomen aliquod monosyllabum, ut παῖς ἰύπαις; πῆς τρίπους, δίπους; χθὼν αὐτόχθων.

Composita a verbis κτείνω *occido*, τρέφω *nutrio*, φθείρω *corrumpo*, τίκτω *pario*, si in activa significatione usurpentur, *paroxytona* sunt, ut πατροκτόνος *parricida*, θηροτρόφος *qui feras nutrit*, λαοφθόρος *qui populum corrumpit*, Θεοτόκος *Dei genitrix*, si vero in passiva significatione usurpentur, *properoxytona* sunt, ut πατρόκτονος

a pa-

a patre interfectus: θηρότροφος *a feris nutritus*, λαόφθορος *a populo corruptus*.

Compoſita a χέω *fundo*, βάλλω, *iacio*, πελῶ *verto*, λέγω vel λόγος, ſi in prima compoſitionis parte habeant praepoſitionem aliquam, *properoxytona* ſunt, ut πρόχοος *aqualis*, σύμβολος *omen*, περίπολος *qui circumit*, κατάλογος; ſi vero in compoſitorum eiuſmodi initio quaelibet alia orationis para reperiatur, *paroxytona* erunt, ut ἐπιχόος *pincerna*, ἐκβόλος *eminus iaculans*, ὑμνοπόλος *qui hymnos tractat*, θεολόγος *theologus*.

III. In dictionibus per *Paragogen* auctis idem accentus conſervari ſolet, ut καλοῖ καλοῖσι; mutatur tamen 1. in Pronominibus quae ι in fine adſciſcunt, ut ὅτος ὅτοσι, ἐκεῖνος ἐκεῖνοσι: quod ipſum contingit in τοιοῦτοσι, τηλικοῦτοσι, τοσοῦτοσι 2. Accentus in penultimam transfertur quotieſcumque ο praecedit ſyllabam, quae per paragogen additur, ut πόντος ποντόφι, κοτυλήδονος κοτυληδονόφι, ἰμὰς ἱμάσθιν. Accentum in antepenultimam retrahunt ἴγωγι, ἴμωγι per paragogen aucta ex ἰγὼ, ἰμοί.

IV. *Apocope* accentum in dictionibus non mutat, niſi in Monoſyllabis longis, quae poſt apocopen ipſam ſuperſunt: haec enim aliquando acuuntur, ut χρὴ ex χρῆμι; aliquando circumflectuntur, ut ἅλ pro ἅλος, κρῖ pro κριθή, vel κρίμνον.

V. In dictionibus ex quarum initio ſyllaba aliqua aufertur, accentus non mutatur, praeterquam in Monoſyllabis longis poſt *Aphaereſin* relictis, quae circumflectuntur, ut φῶν, φῆς, φῆ; ἦν, ἦς, ἦ ex ἴφην, ἴφης, ἴφη: φῦν, φῦς, φῦ ex ἴφυν, ἴφυς, ἴφυ.

VI. Saepe in unam ſyllabam contrahuntur duae dictionis eiuſdem ſyllabae, quarum altera accentu aliquo notatur, qui ſcriptus conſpicitur; in altera vero gravis accentus ſubintelligitur, licet ſcriptus non appareat. In *Contractione* igitur 1. ex gravi, & acuto Accentus *acutus* prodit, ut ἰσαὼς, ἰσὼς; γιγαὼς γιγώς. II. Ex acuto & gravi *circumflexus* Accentus producitur, ut βοάετε βοᾶτε, ποιέετε ποιεῖτε. Excipiuntur tamen νὼ ex νόω a νόος, λητὼ ex λητόα, & ἀιδὼ ex ἀιδόα; licet nonnulli ſcribant etiam ἀιδῶ.

VII. Antequam diſſeramus de Mutatione & Motione Accentuum, quae in obliquis caſibus nominum ob variam eorum declinationem contingit, monendum eſt idipſum uſuvenire in Nominativis nominum Feminini generis, quae a Maſculinis nominibus deducuntur. Etenim 1. *Paroxytona* ſaepe ſunt feminina adiectiva, quae ex *properoxytonis* adiectivis maſculinis III. Simplicium oriuntur, ut ἀγία ab ἅγιος, ὑμετέρα ab ὑμέτερος.

2. *Properoxytona* ſunt ſubſtantiva feminina in εια ab adiecti-

vis

vis in ης I. Contractorum deducta, ut ἀλήθεια ab ἀληθής, ἐυσέβεια ab ἐυσεβής.

3. *Properoxytona* sunt substantiva feminina, quae oriuntur a nomine νῦς, ut ἔννοια, ἄνοια, διάνοια.

4. *Properoxytona* item sunt substantiva feminina in ια, & τειρα a Masculinis substantivis, ut ψάλτρια a ψάλτης, ποιήτρια a ποιητὴς δοτειρα, seu δώτειρα a δοτηρ, seu δωτηρ.

Qualis est accentus in recto nominum casu, talis est fere in obliquis, nisi obstent aut universales Grammaticorum Leges de Accentibus, aut peculiares Regulae de variis nominum declinationibus constitutae. Ob primam causam movetur accentus in vocibus κυρίε a κύριος, ἄνθρωπε ab ἄνθρωπος, σωμάτων a σώματος; quum enim ultimae syllabae longae evaserint, acutus accentus non amplius in antepenultima, sed in penultima solum consistere potest. Mutatur vero accentus in σώματος a σῶμα, quia circumflexus non in antepenultima, sed in penultima solum, aut ultima esse potest; mutatur in μούσης a μοῦσα; quum enim ultima producta sit, penultima circumflecti non potest; mutatur demum in Voc. προφῆτα a προφητης, in Gen. τιτᾶνος a τιταν, in fem. ἰσᾶσα ab ἰσὰς, τυφθεῖσα a τυφθεὶς. In dictionibus denique νυνῆφι, ἰυνῆφι a νυνὰ, ἰυνὶ, quia, quum ultima brevis sit, penultima quae natura sua longa est, quandoquidem accentu notatur, circumflecti necessario debet. In peculiaribus autem Grammaticorum Regulis de variarum Declinationum accentibus haec praesertim sunt animadvertenda.

I. Si in Declinationibus parisyllabis Nominativus *oxytonus* fuerit, Genitivi & Dativi in omnibus numeris circumflectentur, ut ὁ ποιητὴς, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῦν ποιητοῖν, τῶν ποιητῶν, τοῖς ποιηταῖς; ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, ταῖν τιμαῖν, τῶν τιμῶν, ταῖς τιμαῖς; ὁ καλὸς τοῦ καλοῦ, τῷ καλῷ, τοῖν καλοῖν, τῶν καλῶν, τοῖς καλοῖς. Excipe λεὼς *populus* τοῦ λεῶ; νεὼς *templum* τοῦ νεῶ

II. Genitivus pluralis Substantivorum nominum I & II. Simplicium in ultima circumflectitur, qualiscumque sit Nominativi accentus, ut ὁ νεανίας, τῶν νεανιῶν; ἡ Μοῦσα, τῶν Μουσῶν; ἡ τύπτουσα, τῶν τυπτουσῶν; ἡ μελαίνα, τῶν μελαινῶν

Excipiuntur a nonnullis ὁ χλοῦς apex, τῶν χλόων; ὁ χρήστης foenerator, τῶν χρήστων, ὁ ἐτησίας Etesias *ventus*, τῶν ἐτησίων; ἡ ἀφύη apua *piscis*, τῶν ἀφύων.

III. Adiectiva feminina II. tantum Declinationis orta a Masculinis III Simplicium *paroxytonis*, aut *properoxytonis* tum in Genitivo Plurali, tum in plurali Nominativo eumdem prorsus habent accentum ac Genitivi, & Nominativi plurales Masculinorum a

qui-

bus oriuntur, ut M. τῶν ἡμιτέων; Fem. τῶν ἡμιτέρων; M. οἱ ἡμίτεροι Fem. αἱ ἡμίτεραι: ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, αἱ ἅγιαι, τῶν ἁγίων Fem.

IV. Genitivi, & Dativi diſſyllabi V. Declinationis in ultima accentum habent *acutum*, ſi ultima brevis fuerit, *circumflexum* ſi ultima ipſa natura ſua longa fuerit, ut ἡ χεῖρ, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ; ταῖν χεροῖν, τῶν χειρῶν, ταῖς χερσὶ: reliqui autem nominum ipſorum caſus accentum habent in penultima, ut τὼ χεῖρε, τοῖν χεῖρε: praeter infinitum τὶς *quiſpiam*, qui ultimam acuit in caſibus omnibus ut τινὸς, τινὰ, τινὶς.

Eamdem legem ſequuntur Genitivi, & Dativi diſſyllabi, qui per ſyncopen oriuntur a Nominativo diſſyllabo, ut ἀνδρὸς, ἀνδρὶ ab ἀνὴρ; πατρὸς, πατρὶ a πατήρ.

Ab hac regula excipiuntur 1. *Participia* δὶς, δίντος; τὰς, τάντος, δὰς, δάντος; ὢν, ὄντος; *& interrogativum* τίς τίνος. 2. *Sequentia nomina, quae Genitivum pluralem non circumflectunt* πᾶς, πάντων; παῖς, παίδων; τρὰς, τριῶν; δᾶς, δάδων; ἐρὰς, ἐρώων φὰς, φώτων; κρὰς, κράτων; θὰς, θώων; φῶς, φώτων.

V. Vocativi V. Declinationis deſinentes in ιν, & ι, ſi accentu notari debent, circumflectuntur, ut ὦ βασιλῆ, ὦ βῆ: ita etiam dictiones aliae per eaſdem diphthongos finitae, ſi tamen accentu notari debent in ultima ſyllaba, ut καταιγῆ ubique, praeter Adverbium ἰδοὺ *ecce*.

Vocativus in ες a nominibus propriis 1. Contractorum in ης, *proparoxytonus* eſt, ut ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες; ὁ Σωκράτης, ὦ Σώκρατες.

VI. Irregularia ſunt μία ἕνα, μιᾶς, μιᾷ, μίαν; μυδρία, μυδρίας; ἄμφω, ἀμφοῖν; δύω, δυοῖν; μάτηρ, Δημήτηρ, θυγάτηρ, μητέρος, θυγατέρος. Item Vocativi ὦ σῶτερ, ἄνερ, δᾶερ, πάτερ a Nominativis σωτὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, πατήρ.

Accentus Verborum & Participiorum obſervandi ſunt in Coniugationibus Verborum, earumque Paradigmatis quae Lib. I. a Cap. XIII. ad Cap. XVI. ſequuntur. Verba enim ſingula quemadmodum in inflexione, ita in accentu propriae Coniugationis Paradigma accuratiſſime imitantur. Siquid autem fortaſſe in aliquibus proprium, ac peculiare occurrit; id opportune in ſingulis Coniugationibus monuimus.

De Encliticis.

CAPVT X.

ENclitica, sive encliticae dictiones illae dicuntur, quae in Orationis contextu accentum suum, vel omnino amittunt, vel ad ultimam syllabam praecedentis dictionis retrahunt, aut saltem ex uno in alium locum transferunt. Nonnumquam tamen accentum ipsum ob peculiares causas aliquas retinent, quas inferius indicabimus.

In variis Orationis partibus Encliticae dictiones ipsae reperiuntur.

1. in Articulo	τυ, τιν pro indefinito τινος, τῳ pro indef. τινι.
2. in Nomine	Indefinitum τις & τι, τινος, τινι.
3. in Pronomine	μου, μοῦ, μοι, μοί. σου, σοῦ, σιν, σοῦν, σοι, σοί, σε, σέ, τυ, τύ. ὑ, ἱν, ἱθεν, ἱο, ἱ; σφε, σφέ, σφω, σφωε, ψε, σφισι, σφισιν, σφισ, σφω, σφι, μιν, νιν.
4. in Verbo	εἰμι, εἶς acutum, ἐσσι, ἐσι, ἐντι, ἐστον, ἐσμεν, εἶμεν, ἔσε, εἶσι. φημι, φησι, φατι, φατον, φαμεν, φατε, φασι, φαντι.
5. in Adverbiis	πη, πόθε, πόθεν, ποθι, ποτε, πω, πως; & alia.
6. in Coniunctionibus.	τε, γε, τοι, πω, περ, νυ, κε, κεν, νυν, θην, ῥα & harum similes.

Regulae de Encliticis.

I. Si ante Encliticam tum Monosyllabam, tum Disyllabam reperiatur dictio *properoxytona*, aut *properispomena*, accentus Encliticae in ultimam praecedentis dictionis syllabam retrahitur, ut ἄνθρωπός μου, ἄνθρωπός ἐσι; σῶμά σου, σῶμά τινος.

Excipiuntur 1. *pronomina enclitica post dictiones* ἴνεκα, εἵνεκα, ὕνεκα; *scribendum enim est* ἵνεκά σοῦ, *non* ἵνεκά σου. 2. *Dictiones* properispomenae, *quae ultimam positione longam habent, encliticas* dis-

diſsyllabae accentum non recipiunt, ut κῆρυξ ἐστί, *non autem* κῆρυξ ἐστι.

II. Si vox *paroxytona* praecedat encliticam Monoſyllabam, Enclitica proprium accentum omnino amittit; ſi vero Enclitica diſsyllaba ſit, accentum eodem plane modo retinet, ut Ἀτρείδης τε, λόγος μοι, ἄνδρα μοι; λόγος ἐστὶ, Πίτρος φησὶ, ἄνδρα τινά

III. Si dictio *oxytona*, vel *periſpomena* praecedat Encliticam vel monoſyllabam, vel diſsyllabam, Enclitica accentum ſuum amittit; in oxytona vero praecedenti dictione retinetur accentus acutus, qui in Orationis contextu mutandus erat in gravem, ut Θεὸς σε, πατήρ μοι; ὁρᾷ μοι, ὁρῶ τινας.

Putant nonnulli Pronomina enclitica retinere proprium accentum poſt praepoſitiones, & diſiunctivas particulas, ut διὰ σὲ, περὶ σοῦ; καπὰ μὲ, ἢ σέ.

IV. Quum plures Encliticae dictiones concurrunt, *Synencliticae* dicuntur; atque prior, ſive ultima prioris ſyllaba, poſterioris enclíticae accentum recipit, ut τύπτουσί τινές με.

V. Perſona ἐστὶ diſsyllabarum encliticarum leges accurate plerumque ſequitur; ab ipſis tamen recedit. 1. quum eſt principium Orationis. 2. quum reperitur ſtatim poſt particulas οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο. Hoc enim dum contingit, accentum in priorem ſyllabam ſuam remittit, ut ἔστι πόλις, καὶ ἔστιν, οὐκ ἔστι, ὡς ἔστι, εἰ ἔστι, τοῦτ' ἔστι.

VI. Omni accentu carent ſequentes dictiones ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, εἰς, ὡς, ἐκ, ἐξ, ἐὼ, ἀ, οὐκ; encliticarum tamen, quae poſt ipſas ſequuntur, accentum recipiunt, ut ὁγε, ἤγε, ἄ μοι ἀνδάνει. Imo in fine periodi ὀ; in fine autem & periodi, & verſus praepoſitio ἐξ acuuntur, ac ſcribitur ἔ, ἔξ.

Regularum eiuſmodi Praxis facilius, clariuſque patebit ex tabula, quam ſubiicimus.

ἄνθρωπος	ἄνθρωπός τις	ζώων	ζώων ἐστί.
ἄνθρωποι	ἄνθρωποί τινες.	ἄνδρα	ἄνδρα τινές.
σῶμα	σῶμά σε.	ἀγαθὸν	ἀγαθόν τι.
σῶμα	σῶμά τινος.	ἀγαθὸν	ἀγαθόν τινα.
κῆρυξ	κῆρυξ ἐστίν.	ὁρᾶ	ὁρᾷ σε.
λόγος	λόγος σε.	ὁρᾶ	ὁρᾷ τινας.
ἄνδρα	ἄνδρα σε.		

De reliquis Orthographiae legibus.

CAPVT XI.

AD Orthographiam attinent praeſertim accurata *Syllabarum diviſio*; opportunus *maiuſcularum* litterarum *uſus*; *Arithmeticae notae*, ſive characteres qui ad numeros exprimendos uſurpantur; *litterarum* denique *Nexus*, ſeu vocum compendia.

I. Vt Graecas dictiones in ſuas ſyllabas accurate diſtinguere poſſimus, animadvertendum eſt 1. Graecam ſyllabam numquam aſpirata littera terminari poſſe; adeoque aſpiratam, quae inter duas vocales reperitur, non cum priore, ſed cum poſteriore coniungendam eſſe, ut ἀφίστων ἀ-φίστων, ὑφίημι, ὑ-φίημι.

Hac de cauſſa in medio alicuius dictionis eadem aſpirata numquam duplicatur. Si enim ſcriberetur e. g. Σαφφὼ, ἵππιον, ita ſyllabae dividendae eſſent Σαφ-φὼ, ἵπ-πιον; adeoque ſyllabae ipſae aſpiratis litteris contra legem allatam terminarentur. Scribendum eſt igitur Σαπφὼ, ἵππιον, ut ſyllabae ita recte diſtinguantur Σαπ-φὼ, ἵπ-πιον.

2. Compoſitarum dictionum ſyllabae ita ſunt dividendae, quemadmodum ante compoſitionem erant diviſae, ut δυσίρως δυσ-ίρως, δύσκολος δύσ-κολος, ἀλλήσποντος ἀλλήσ-ποντος, ἐξάγω ἐξ-άγω.

Si tamen in prima compoſiti parte vocalis, quae in ipſius fine erat, eliſa fuerit; conſonantes quae ſuperſunt ad primam ſecundae partis ſyllabam ſpectabunt, ut παράγω ex παρὰ & ἄγω πα-ράγω, ἀφαιροῦμαι ex ἀπὸ & αἱροῦμαι ἀ-φαιροῦμαι, ὑπισχνοῦμαι ex ὑπὸ & ἰσχνοῦμαι ὑ-πισχνοῦμαι.

3. Conſonantes, quae in aliqua dictione inter duas vocales reperiuntur, niſi obſtet lex de compoſitis, cum poſteriore vocali coniungendae ſunt, quamvis aut duae, aut tres etiam fuerint, dummodo tamen Graecum vocabulum aliquod incipere ab ipſis poſſit; ἀγιασθήτω ἁγια-σθήτω, νυκτὸς νυ-κτὸς, κέκλικσαι κέ-κλικσαι, ἰχθῦς ἰ-χθῦς, βαθμὸς βα-θμὸς. κάϋστρον κάυ-στρον. Quinimo cum poſteriore vocali coniungi etiam debent ſequentes conſonantes γδ, σθλ, σθμ, licet ab ipſis nullum Graecum vocabulum incipiat: ἄγδος ἄ-γδος, ἰσθλὸς ἰ-σθλὸς, ἄσθμα ἄ-σθμα.

II. Antiquis temporibus, atque primis etiam Chriſtianae Eccleſiae ſaeculis Graeci uncialibus characteribus, ſeu maiuſculis litteris omnia

omnia ſcribebant; quod non ſolum ex Nummis & Marmoribus, verum ex Codicibus etiam apparet. Poſtquam vero minuſculi characteres in uſu eſſe coepe unt; maiuſculae litterae Libri tantum, atque orationis initio adhibitae ſunt, in orationis autem contextu uſurpari non conſueverunt. Hoc in cauſſa fuit, ut decimoquinto, & decimo ſexto ſaeculo Typographi, ad varia vocabula diſtinguenda, quae nunc maiuſculis litteris ſcribi ſolent, peculiaribus notis quibuſdam uſi fuerint. Ita igitur ab ipſis diſtinguebantur propria hominum & animalium nomina πίτρος, αἰσχύνης; nomina Populorum, ſeu Nationum Ἑλλὰς; nomina Montium πάρνασσος; Nomina Marium, Fluminum, Lacuum &c. Ἑλλήσποντος. Nunc initio nominum eiuſmodi maiuſculi characteres ſcribuntur Πίτρος, Αἰσχύνης. Ἑλλὰς, Πάρνασσος, Ἑλλήσποντος; maiuſculae autem litterae ipſae, eadem plane ratione apud Graecos adhibentur, qua apud Latinos uſurpantur.

III. Arithmeticae Graecorum Notae ſunt litterae ipſae, hoc eſt Alphabeti characteres, qui triplici diverſo pacto ad numeros exprimendos adhibentur.

1. Litterae ſecundum Alphabeti ordinem, ſui loci numerum ſignificant, nimirum

ſive	A	B	Γ	Δ	E	Z	H	Θ	I	K	Λ	M	N	Ξ	O	Π	P
	α	β	γ	δ	ε	ζ	η	ϑ	ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ρ
	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.

Σ	T	Υ	Φ	X	Ψ	Ω
σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω
18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.

Hac ratione uſi ſunt Scriptores in Operum ſuorum Libris numerandis, quod ex Homeri *Iliade*, & *Odyſſea* patet: hac ratione uſi ſunt Athenienſes in ſuis Tribunalibus, ſeu Foris numerandis.

2. Ad numeros exprimendos utuntur quoque Graeci ipſis Alphabeti litteris in tres claſſes diviſis, quarum prima ab α uſque ad ϑ inclusive eſt *unitatum*, altera ab ι ad ρ eſt *denariorum*, tertia a ρ inclusive uſque ad ω eſt *centenariorum*. Primae tamen claſſi poſt ε additur ϛ, nimirum ἑπίσημον βαῦ quod 6. ſignificat.

In ſecunda Claſſe poſt π additur Ϙ, vel ϟ quod κοππατωνὸν

rium numerum exprimit, & *πέντε* vocatur. In tertia demum Classe post π additur ϡ *σάμπι* ad *nongentesimum* numerum indicandum.

Unit.	α′	β′	γ′	δ′	ε′	ϛ′	ζ′	η′	θ′
	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
Denar.	ι′	κ′	λ′	μ′	ν′	ξ′	ο′	π′	ϟ′
	10.	20.	30.	40.	50.	60.	70.	80.	90.
Centen.	ρ′	σ′	τ′	υ′	φ′	χ′	ψ′	ω′	ϡ
	100.	200.	300.	400.	500.	600.	700.	800.	900.

Tabula Numerorum omnium usque ad Millenarium.

	α′	β′	γ′	δ′	ε′	ϛ′	ζ′	η′	θ′
	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.
ι′	ια′	ιβ′	ιγ′	ιδ′	ιε′	ιϛ′	ιζ′	ιη′	ιθ′
10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
κ′	κα′	κβ′	κγ′	κδ′	κε′	κϛ′	κζ′	κη′	κθ′
20.	21.	22.	23.	24.	25.	25.	27.	28.	29.
λ′	λα′	λβ′	λγ′	λδ′	λε′	λϛ′	λζ′	λη′	λθ′
30.	31.	32	33.	34.	35	36.	37.	38.	39.
μ′	μα′	μβ′	μγ′	μδ′	με′	μϛ′	μζ′	μη′	μθ′
40.	41.	42.	43.	44.	45.	46.	47.	48.	49.
ν′	να′	νβ′	νγ′	νδ′	νε′	νϛ′	νζ′	νη′	νθ′
50.	51	52.	53.	54.	55	56.	57.	58.	59.
ξ′	ξα′	ξβ′	ξγ′	ξδ′	ξε′	ξϛ′	ξζ′	ξη′	ξθ′
60.	61	62	63.	64.	65.	66.	6 .	68	69.
ο′	οα′	οβ′	ογ′	οδ′	οε′	οϛ′	οζ′	οη′	οθ′
70.	71.	72.	73.	74.	75.	76.	77	78.	79.
π′	πα′	πβ′	πγ′	πδ′	πε′	πϛ′	πζ′	πη′	πθ′
80.	81.	82.	83.	84.	85.	86.	87.	88.	89.
ϟ′	ϟα′	ϟβ′	ϟγ′	ϟδ′	ϟε′	ϟϛ′	ϟζ′	ϟη′	ϟθ′
90.	91.	92.	93.	94.	55.	96.	97.	98.	99.

ρ′	σ′	τ′	υ′	φ′	χ′	ψ′	ω′	ϡ	,α
100.	200.	300.	400.	500.	600.	700.	800.	900.	1000.

Hæc est Vis characterum eiusmodi seu divisim, seu coniunctim

hoc

hoc modo uſurpentur, dummodo accentu acuto notentur in ſuperiori dextri lateris parte; quemadmodum hic factum conſpicitur.

